

Franciszek Maroń

Materiały źródłowe do dziejów Kościoła w obecnej diecezji katowickiej - Protokoły wizytacyjne z 1619 r.

Śląskie Studia Historyczno-Teologiczne 7, 311-348

1974

Artykuł został opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

KS. FRANCISZEK MAROŃ

MATERIAŁY ŹRŒDŁOWE DO DZIEJÓW KOŚCIOŁA

W OBECNEJ DIECEZJI KATOWICKIEJ
PROTOKOŁY WIZYTACYJNE Z 1619 R.

WSTĘPNE UWAGI

Poniżej publikujemy jeszcze jeden zespół protokołów wizytacyjnych z pierwszych lat XVII stulecia. Mianowicie w r. 1619 ks. protonotariusz apostołski Jan Fox¹ z polecenia ks. bpa Marcina Szyszkowskiego² przeprowadził bardzo szczegółową wizytację całego archidiaconatu krakowskiego. Sporządzone przy tej sposobności sprawozdania z dekanatów bytomskiego i pszczyńskiego zachowały się w rękopisie zdeponowanym w Archiwum Metropolitalnym w Krakowie w tomie pod liczbą XLI zbioru protokołów wizytacyjnych. Wspomniany tom zabezpieczony jest solidną pergaminową okład-

¹ Ks. Jan Fox urodził się około r. 1566 z rodziny mieszczańskiej w Kazimierzu nad Wisłą. W r. 1581 rozpoczął studia w akademii krakowskiej a w r. 1590 był już profesorem. Następnie uprawiał dalsze studia we Włoszech a po powrocie odbyła się jego uroczysta promocja na doktora obojga praw w kościele mariackim w Krakowie, w którym przydzielono mu w r. 1584 jako audytorowi biskupiemu i klerykowi niższych święceń ołtarz Bożego Ciała. Po dziecięcim latach został proboszczem w Raciborowicach, kanonikiem i scholastykiem skalmierskim a po dalszych pięciu latach kanonikiem krakowskim. W r. 1607 otrzymał nominację na protonotariusza apostołskiego. W tym samym roku powierzył mu synod prowincjalny w Piotrkowie zestawienie wszelkich dotychczasowych polskich ustaw synodalnych, zgodnych z postanowieniami Soboru Trydenckiego. Natomiast w latach 1621—1628 specjalna komisja pod jego przewodnictwem przygotowała zbiór przepisów synodalnych, ogłoszony drukiem w Krakowie w r. 1630 po ich przyjęciu przez synod piotrkowski i zatwierdzeniu przez papieża Urbana VIII. Zmarł w dn. 21 II 1636 r. i spoczął w swoim mieście rodzinnym. (Patrz: *Polski Słownik Biograficzny*, t. VII, Kraków 1948—1958, 69 n. i podana tam literatura).

² Ks. Marcin Szyszkowski, syn ziemi kaliskiej, po podstawowej nauce u Jezuitów w Kaliszu odebrał wyższe studia w Krakowie i w Rzymie. Po powrocie został kanonikiem krakowskim oraz kanclerzem biskupów Myszkowskiego i Maciejowskiego. Król Zygmunt III oddał mu za zgodą papieską koadiutorstwo w biskupstwie łuckim a po śmierci biskupa Stanisława Gomółckiego objął następstwo w diecezji łuckiej w r. 1594. W r. 1606 przeniesiony został na biskupstwo płockie a po zgonie biskupa Tylickiego przeszedł w r. 1617 na stolicę krakowską. Był fundatorem licznych klasztorów, kościołów i bractw, zwalczał innowierstwo, zwoływał synody i wydał podręczniki katechetyczne. Zmarł jako 76-letni starzec w r. 1630 i pochowany został u ojców Franciszkanów w Krakowie. (Patrz: *Encyklopedia Kościelna* wydana przez ks. M. Nowodworskiego, t. XXVIII, Warszawa 1905, 136 nn. i wskazane tam inne źródła).

ką o wymiarach 30 na 19 cm., ozdobioną podwójną, biegnącą wzdłuż brzegów wytłoczoną linijką z dodanym w każdym rogu liściastym żółędziem. W środku przedniej okładki znajduje się herb Ostoja biskupa Szyszkowskiego w owalnym otoku w kształcie wieńca o ornamentacji roślinnej i z napisem wewnątrz otoku: „Alciora te ne scrutatus fueris, sed quae praecepit tibi Dominus cogita (Ecclesiast. 3). Nad owalem tarczowym umieszczona jest mitra biskupia oraz ślimak pastorału z chustą. Na tylnej okładce widoczna jest tej samej wielkości i formy tarcza herbowa z godłem rodziny Foxów, przedstawiającym dwie kosy, skrzyżowane drzewcami.

Na przedniej okładce jest jeszcze współczesny napis atramentowy, który na skutek długowiekowego użycia woluminu stał się prawie nieczytelny i według wszelkiego prawdopodobieństwa zawierał mniej więcej tę samą treść, jaką uwidoczniło na pierwszej wewnętrznej kartce: „Visitationis exterioris Archidiaconatus Cracoviensis index ecclesiarum novem decanatum in hoc libro contentorum, videlicet Paczanoviensis, Kiiensis, Sokolicensis, Andreoviensis, Wrocimovicensis, Proszowicensis, Witoviensis, Bytomiensis et Pszczyńensis” czyli ówczesne dekanaty: pacanowski w powiecie Busko-Zdrój, kijowski w powiecie Pińczów, sokoliński w powiecie Kazimierz Wielki, jędrzejowski w powiecie Jędrzejów, wrocimowicki, gmina Pałecznicza, w powiecie Proszowice, proszowicki w powiecie Proszowice, witowicki opodal Proszowic oraz dobrze nam znane dekanaty bytomski i pszczyński. Cały bogaty materiał wyliczonych dziewięciu dekanatów ujęty został na 153 stronach drobnym i ścieśnionym pismem, często niedbałym i w dodatku utrudniającym odczytanie zastosowaniem licznych skrótów. Według wyżej wykazanej kolejności stanowią dekanaty bytomski i pszczyński zakończenie sprawozdań z tym, że pierwsza parafia dekanatu bytomskiego znalazła się na stronie 124.

Protokoły z r. 1619 zamykają jeden okres podróży wizytacyjnych po dekanatach bytomskim i pszczyńskim a wraz z opublikowanymi już protokołami z r. 1598³, dekretemi egzekucyjnymi z r. 1601⁴ i sprawozdaniami z r. 1611⁵ pozwalają na dokładne odtworzenie sytuacji, w jakiej znalazł się Kościół w tychże dekanatach w latach największego rozwoju wyznania ewangelickiego. Następną wizytacja odbyła się dopiero w r. 1657, czyli już w chwili powolnego zaniku luteranizmu na terenach, objętych zasięgiem Diecezji Katowickiej.

DECANATUS BITOMIENSIS

Villa Chroszczobrod. 1619, die 4junii

Ecclesia parochialis lignea, tituli Visitationis BMV⁶ et sanctae Annae, consecrata, iurispatronatus nobilis Joannis Podczasy, villae haeredis, in ducatu severiensi. Tectum ecclesiae mediocriter bonum. Coemeterium in parte reparatione indiget. In campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Lacunar pictum, fenestrae integrae. Sacristia omnino noviter exstructa, partim sumptibus tl. Plebani moderni, partim eleemosynis piorum.

Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, in quo inventa est pixis stannea cum vasculo argenteo, in quo in sacco mundo venerabile Sacramentum recens repertum est, quod in quindena renovatur. Habetur etiam bursa ex panno aureo, cum stola et nola cifuloque argenteo pro communione infirmorum.

³ *Akta wizytacji dekanatów bytomskiego i pszczyńskiego, dokonanej w roku 1598 z polecenia Jerzego kardynała Radziwiłła, biskupa krakowskiego.* Wydał ks. dr M. Wojtas, Katowice 1938, ss. 126.

⁴ Ks. F. Maroń, *Dekrety egzekucyjne do protokołów wizytacyjnych z roku 1598.* Śląskie Studia Historyczno-Teologiczne 5 (1972) s. 263–274.

⁵ Ks. F. Maroń, *Protokoły wizytacyjne z r. 1611.* Śląskie Studia Historyczno-Teologiczne 6 (1973) s. 339 nn.

⁶ Protokół wizytacyjny z r. 1598 podaje kościół parafialny w Chroszczobrodzie tylko pod wezwaniem św. Anny.

Cereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum, in quo olea sacra recentia reperta sunt, ex quibus impertitum est pro paroeciali in Woikowice. Fons baptismalis est lapideus cum pelvi aerea et aqua munda, clausus. Metrica utraque in libris ligatis scribitur. Altaria sunt tria murata, consecrata, tabulas et sigilla integra habentia. Item visa est suppellex altaris. Corporalia duo, bursae quatuor, vela quatuor, ampullarum stannearum paria duo, ferramenta pro panibus bona, lagena stannea pro vino. Item visum est argenteum ecclesiae. Calices argentei duo, unus locatim, alter in toto deauratus. Crux argentea una, monstrantia argentea, locatim deaurata, in pede cuprea. Item visae sunt casulae numero quatuor. Una ex panno aureo coloris rubei, altera ex adamaso coloris albi, tertia ex serico plano coloris rubei, quarta ex muchaiero coloris nigri. Pluviale unum ex camcha rubea et viridi. Antependia quatuor, unum ex serico albo plano variegato, alterum ex pellibus inauratis, tertium ex camcha vetus, quartum ex serico rubeo et plano viridi, quintum (!) ex barchano. Albae habentur quinque, superpilicia duo. Mappae altarium ultra sedecim. Item ostensi libri ecclesiae: missale romanum unum, liber agendorum, graduale novum impressum, antiphonario et psalterio caret, cuius loco breviarium habetur. Habet haec ecclesia vaccas pro fabrica numero viginti quatuor, a quibus per grossos duodecim annuatim solvitur. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae pervertuntur.

k.125

Huius ecclesiae est rector Joannis Godecki, praepositus Ilkusiensis, qui pro sua dote habet imprimis agri duos laneos, qui incipiunt ab ecclesia versus meridiem et terminantur ad granicies villae Sikorka, latitudinis circiter quinquaginta sulcorum. Item habet in iisdem agris arbores seu pinos ad stadia duo vel tria, qui locus vocatur Zapusta Plebańska. Item habet prata duo, alterum in silva villae, dictum Wielka Łąka Jankuszowska, alterum circa domum plebanalem extirpatum. Item habet piscinas duas, invicem in unam immixtas. Item alteram piscinam desolatam cum area, ubi quondam schola fabricata fuerat, quam inhabitabat rector scholae. Item habet pratum penes piscinas supra specificatas, dictum Wirschowisko, per decretum tl. olim episcopi cracoviensis. Item habet duas piscinulas noviter elimatas circa fluvium Nietręga, domui plebanali vicinas, penes quas via publica currit. Item habet decimas manipulares, decimas ex agris praedialibus et cmethonalibus villae Chroszczobrod, praediales tarnen agri intelliguntur illi, qui ex villa Mirowice quondam cmethonali in praedium conversi sunt, quorum uterque plebanus decimat iuxta conventionem, quam penes haeredem esse dicitur a tl. olim episcopo cracoviensi Tomicio⁷ factam. Item habet decimam manipularem ex praedio villae Trzebieszawice nobilis Balthazaris Siemunski et ibidem ex quatuordecim laneis cmethonalibus, quarum utraque florenis centum et septem redimitur. Item habet decimas ex villa Wysoka ex agris cmethonalibus et scultetialibus nunc ad praedium conversis et ad castrum Ogrodzeniec pertinentem, pro quo iure agit parochus. Item habet decimam ex agris villae Sikorka, quam vendit triginata florenis. Item habet decimam manipularem post agros duos scultetiales in villa episcopali Tuczna Baba, ipsorumque hortulanorum, quae decimae decem florenis venduntur. Item habet domum pro sua residentia cum horto necnon alteram domum pro familia, ubi ad praesens vicarius habitat, necnon aliam pro scholae rectore cum horto, cui utriusque plebanus salarium solvit. Ad parochiam pertinent villae Chroszczobrod, Wysoka, Tucznababa, Ząbkowice, Sikorka. Item relatam est nobilem Annam Marciszowa Podczasonka legasse huic ecclesiae florenos centum, quae pecunia penes dominum Podczasz, haeredem villae, asservatur, legata autem fuit pro imagine ad altare maius statuenda.

k.125

⁷ Ks. Piotr Tomicki, herbu Łodzia, był biskupem krakowskim od 9 XII 1523 do swej śmierci w dn. 29 X 1535 r.

Decretum reformationis pro eadem parochiali ex visitatione die 4-ta iunii 1619 relictum.

Tectum ecclesiae a parte septemtrionali et circa ambitum renovetur, coemiterii septa reparentur et scandulis tegantur, idque infra annum. Olea sacra vicinis ecclesiis non dentur. Clausura ciborii seu seraculum firmiter pareatur. Stola ad bursam communionis infirmorum, ubi ostensum est, adaptetur. Orbis ligneus linteo obvolutus ad arcendas muscas in fonte baptismali ponatur. Corporalia duo pro ecclesia emantur necnon vela rubei et nigri coloris. Inventarium suppellectilis ecclesiae necnon dotis ecclesiae ordinate infra mensem scribatur. Rimae in parietibus ecclesiae argilla oblimantur. Antiphonarium et psalterium ex pecunia ecclesiae ematur. Stanislaw Tala concubinario una cum Margaritha concubina pro die executionis visitationis putus terminus assignetur. Vicarius approbationem ad audiendas confessiones in scriptis habeat sive a tl. Officiali, sive a decano rurali. Debita ecclesiae, quae ad florenos triginta se extendunt, quamprimum iuxta registrum vitricorum repetantur. Floreni quoque centum a domina Marciszowa ecclesiae legati pro censu reemptionali emendo sive pro imagine altaris maioris convertantur. Doctrinam de festis observandis necnon de extremae unctionis sacramento vicarius saepe populo exponat et commendat, idemque cum parochianis ultra orationem dominicam et salutationem angelicam symbolum quoque fidei diebus dominicis semper recitet. Datum in Chroszczobrod anno, die, uti supra. Praesens autem decretum in sacristia tabellae affixum appendatur.

Villa Woikowice Kościelne

Ecclesia parochialis murata, tituli sancti Martini Episcopi et confessoris, consecrata, iuris patronatus generosi Balthazaris Rzuchowski et aliorum villae cohaeredum. Tectum ecclesiae non malum, coemiterium disiectum, quia muro debet sepiri. In campanili duae sunt campanae, tertia signans in ecclesia, chorus ecclesiae testudineatus, lacunar pictum, fenestrae reparatione indigent.

6r.

Ciborium est in altari maiori in tabernaculo veteri, minus decenti. Inventa est in eo pixis cuprea cum vasculo plumbeo, aliquot hostias venerabilis Sacramenti, quod in quindena renovatur, continente. Habetur etiam bursa pro communione infirmorum, lucerna non habetur, lampa ante ciborium festis diebus ardet. Chrismale est stanneum cum paucis oleis sacris ex vicina ecclesia in Chroszczobrod acceptis. Fons baptisterii lapideus cum pelvi et aqua runda, sacris oleis perfusa, sine tamen clausura. Metrica utraque in libris ligatis scribitur. Altaria sunt tria, murata non consecrata, habetur unum portatile certum super altari maiori, in cuius tabula est foramen reliquiis vacuum. Habetur et aliud portatile vetus incertum. Item visa est suppellex altaris, corporalia quinque, portae duae, vela omnium colorum, lagena pro vino stannea, ferramenta pro panibus non habentur, ampullarum stannearum paria duo. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei tres, unus ex his deauratus, crux argentea, monstrantia argentea cum pede cupreo, pacificale argenteum rotundum. Item visae sunt casulae. Una coloris albi ex adamasco, altera ex serico duplo coloris flavi, tertia ex adamasco coloris rubei, quarta ex camcha rubea, quarta (!) ex serico florisato viridi, quinta ex adamasco viridi, sexta ex serico plano coloris violacei, septima ex adamasco simili. Pluviale vetus ex camcha rubea. Item antependia habentur sex, unum ex pellibus inauratis, alterum ex serico simplici coloris violacei, tertium ex reticulis lineis et muhaiero rubeo, reliqua vetustiora. Item albae sunt numero sex, superpilitia duo, mappae altarum viginti quatuor. Item libri ecclesiae sunt missalia duo romana, liber agendorum, graduale, antiphonarium et psalterium impressa. Habet haec ecclesia pro fabrica vaccas novem, a quibus per grossos duodecem annuatim solvitur. Collectae scribuntur et in usum ecclesiae convertuntur. Item habet haec ecclesia in paratum ecclesiae florenos quindecim in cista. Item

habet legatos duodecem florenos a quodam Golački in villa Golaça. Item legati sunt ecclesiae viginti quatuor taleri a domina Myszkowska, proprius Tardawa, qui hanc summam in Sylesia detinet iure connexitus.

Huius ecclesiae est plebanus Martinus Zelbrzychowic, presbyter institutus, qui pro sua dote habet imprimis agros in tribus locis iacentes, in primo loco versus Siewior penes viam, quatuor agri stadia, in secundo loco post montem tria stadia, in tertio loco dicto Mazankow habet unum et medium stadium agri. Item habet tria prata, unum dictum Na Gaci, secundum in silva Karchow et tertium in loco Marcinkow sub villa Przeczyce. Item habet piscinam sub villa Sarnow prope piscinam domini Rzuchowski. Item habet hortulanum unum cum horto, qui duobus diebus in septimana laborat. Item habet decimas manipulares, primam ex villa Woikowice ex agris cmethonalibus et tribus nobilium praediis, quam decimat et valor eius aestimatur ad centum florenos. Item decimam manipularem ex villa Malinowice ex agris cmethonalibus et praedialibus, quae viginti sex florenis redimitur. Item habet ex villis Dąbie et Goldasza missalia a singulis cmenthonibus per coretum unum avenae, wiertel dictum, ab hortulanis autem per medium wiertelum avenae tantum. Item habet decimam pecuniariam ex villa Sobiesąki sub parochia ecclesiae de Skała, pro qua sex florenos accipit. Item habet plebanus in villa Woikowice a cmethonibus singulis taczmo, hoc est duodecem manipulos lini chinagam, computando in quamlibet chinagam duodecem manipulos lini. Item habet domum pro sua residentia cum horto et aliam pro rectore scholae, cui plebanus solvit singulis quartualibus quadraginta grossos. Huic parochiae subsunt villae Woikowice, Dąbie, Malinowice, Wieście utraque, maior et minor.

k.126r

Decretum reformationis pro eadem parochiali:

Tectum templi, ubi opus est, innovetur, coemiterium muro sepiatur, fenestrae templi reparentur, tabernaculum pro servando venerabili Sacramento novum ematur. Patinula ad abluendas in missa manus habeatur, olea sacra non ex vicinis ecclesiis sed ex ipsa cathedrali. accipiantur nec eis simplex oleum misceatur. Ad fontem baptismalem clausura addetur, gradus ante altaria complanentur et asseribus bene compactis tegantur. In capella confessionale unum statuatur infra sex menses. In sacristia confessiones non audiantur surids exceptis. Ferramenta pro pinsando pane habeantur. Pluviale refaciatur, liber agendorum denuo compingatur, legata lata a parochio repetantur. Symbolum fidei ultra Pater Noster et Ave a parochianis singulis dominicis recitetur. Mulieres, quae dolores capitis patientes benedicunt, examinentur a parochio, qua forma id faciunt, illisque inhibeat, ne verbis superstitionis utantur, sed piis tantum orationibus. Datum in Woikowice, die 25 iunii 1619. Praesens autem decretum in librum ecclesiae fiat inscriptum, tabellaeque impositum in sacristia affigatur.

Civitas Będzin

k.127r

Ecclesia parochialis murata, tituli sanctissimae Trinitatis, consecrata. Iuris patronatus regii. Coemiterium muro septum, tectum ecclesiae bonum. In campanili sunt tres campanae, quarta signans in ecclesia. Fenestra una a ventis loco mota. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, simplici et minus decorato. Pixis pro venerabili Sacramento non habetur, quod in calice asservatur et septima die renovatur. Habetur etiam bursa pro communionem infirmorum cum cifulo stanneo, item lucerna lux cum vexillis. Lampas ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum sacris oleis recentibus ex cathedrali acceptis. Fons baptismalis lapideus cum pelvi et aqua munda, qui clauditur. Metrica baptisatorum et matrimonia contrahentium in libro ligato scribitur.

Altaria sunt tria murata, in duobus portatilia in tabulis inclusa sunt. Habeatur etiam tertium portatile vetus cum inscriptione consecrationis. Item visa est suppellex altaris, corporalia sex, bursae quatuor, vela aliquot vetustiora, lagena pro vino stannea, ferramenta pro panibus pinsandis, ampullarum

stannearum paria duo. Item ostensum est argentum ecclesiae. Calices argentei sex, ex his tres totaliter deaurati, item calix unus argenteus, in quo venerabile Sacramentum in ciborio interim asservatur, monstrantia argentea, tota deaurata, opere eleganti. Cruces argenteae tres, ex his duae deauratae. Pacificalia tria argentea deaurata. Par ampullarum argentearum, opere antiquo eleganti. Turribulum cupreum. Item visae sunt casulae. Coloris albi tres, una ex serico plano, altera ex muchaiero, tertia ex teleta. Item duae ex camcha coloris rubei, item una ex camcha coloris flavi, item una ex panno aureo coloris rubei, item duae coloris violacei, una ex panno aureo, altera ex adamasco, item una coloris viridis cum lineis, item coloris nigri duae, una ex adamasco, altera ex serico duplo. Item pluvialia habentur tria, unum ex adamasco rubeo et viridi, alterum ex camcha flava, tertium ex medio serico villosa coloris nigri. Item antependia sunt sex, unum ex teleta alba, alterum ex adamasco, rubeo et violaceo per partes, tertium ex camcha flava, quartum ex pellibus inauratis, sextum (!) ex muchaiero albo et aliquot vetustiora. Item albae habentur duodecem, superpilicia tria, mappae altarium sedecem. Item visi sunt libri ecclesiae. Missalia romana duo, liber agendorum, graduale, antiphonarium et psalterium impressa. Sunt et aliquot libri pro docendo populo, id est sermones Pomerii, sermones Mustii et Biblia, historia belli sacri, sermones Feri, tres tomi sermonum Baradii. Habet haec ecclesia pro fabrica vaccas viginti quatuor et dua iumenta, a quibus per grossos duodecem solvitur annuatim. Item habet haec ecclesia in diversis hortis civium per aliquos sulcos sibi pro fabrica legatos, qui excedunt numerum ducentorum sulcorum et a quolibet sulco annuatim solvuntur tres grossi. Item habet septuaginta quinque florenos sibi legatos a Stanislaw Rutkowski, huius loci plebano, qui a suo exsecutore Nicolao Leśniewski huiusque detinentur. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae convertuntur.

27v.

Huius ecclesiae est rector Joannes Łagiewnicki, idem plebanus in Imbramowice; in visitatione non praesentus, qui pro sua dote habet imprimis laenum agri in tres partes distinctum campos, incipit autem iste ager a via, quae tendit in Mysłowice, et terminatur usque ad locum Dambrowa Miejska dictum. Item habet duas particulas agri penes ecclesiam s. Thomae extra oppidum, quae ecclesia seu capella habet dua altaria, sed praeterea nullam dotem neque apparatus, in qua aliquoties in annum missa celebratur. Item habet plebanus pratum vicinum ipsius agris et aliud in iisdem agris. Item habet quinque hortos, unum in civitate prope suam domum, alterum ante portam cracoviensem, tertium in suburbio Udatka vocatum, quartum et quintum penes agros plebanales. Item habet decimas manipulares, primam ex agris civium Będziniensium, quae solvitur quinquaginta quinque florenis. Item ex praediis villae Sarnow, quae pecunia redimitur, item ex villa Małobądź ex agris praedialibus et cmethonalibus, quae septuaginta quinque florenis solvitur. Item habet missalia ex villa Sarnow. Item habet domum pro sua residentia noviter aedificatam. Item habet inquilinum cum domuncula penes hortum Udatka. Item plebanus vicarium salariat et domum illi construit post conflagrationem domus vicarii. Item est domus pro rectore scholae, cui cives solvunt quatuor florenos ex communi, ex singulis autem domibus per unum grossum. Est etiam circa hanc ecclesiam altare fundatum tituli Assumptionis BMV., quod vacat, iurispatronatus consulum Będziniensium. De dote huius altaris super villam Lipnik inscripta, id est florenis viginti transegisse dicitur Stanislaw Rutkowski acceptis florenis duocentis. Item est hospitale circa ecclesiam penes coemiterium, in quo sex paupes ad praesens manent, qui elemosynis piorum sustentantur. Habent tamen vaccas aliquot et tres hortos, singulos sex sulcos continentes, cui hospitali provisorem consules eligunt. Ad hanc ecclesiam pertinent imprimis civitas Będzyn, item duae villae Sarnow et Małobądź.

28r.

Decretum reformationis pro eadem parochiali.

Pixis pro venerabili Sacramento stannea saltem pariatur. Fenestra templi a vento loco suo mota reficiatur. Tabernaculum decentius pro venerabili Sacramento infra annum comparetur. Christianae mulieres in domibus iudaeis causa obsequii manere non permittantur et nisi resignent ad communionem non admittantur. Vela rubei, violacei et nigri coloris emantur. Legata ecclesiae et debita repetat parochus. Cives non confessos pro paschate ad officium castrense deferat puniendos. Similiter et Augustinum Muratorem, qui aliena uxore cohabitare dicitur, ad dominium fundi, ut se expurget, instantiam faciat. Moneantur domini consules, ut hospitalis maiorem curam habeant et in scandala publica animadvertant. Vicarius ad audiendas confessiones approbationes in scriptis habeat. Dominus plebanus causam absentiae suae a visitatione in termino executionis visitationis exponat, si quam legitimum habuerit, alias poenae arbitrarum subiacebit, in ipsum decernendae. Idemque literas institutionis ad plebanatum et dispensationis super hoc et Imbramovicensem plebanatibus exhibere teneatur. Datum in Będzyn die 25 iunii 1619.

Oppidum Czeladz

Ecclesia parochialis murata, tituli s. Stanislai, episcopi et martyris, consecrata, iurispatronatus tl. episcopi cracoviensis. Coemiterium habet muro clausum, tectum ecclesiae bonum, in campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Est etiam organum musicum in ecclesia, cuius lacunar est pictum, fenestrae bonae. Ciborium est ad latus dexterum altaris maioris in columna lapidea, ferreis cancellis desuper instar turriculam tectum, clausum, in quo pixis cuprea cum vasculo serico venerabile Sacramentum, quod in quindena renovatur, continente reperta est. Habetur etiam pera simplex ex corio pro communionem infirmis deferenda necnon vexilla cum lucernis. Lampas ante ciborium ardet. Chismale est stanneum cum sacris oleis recentibus ex cathedrali acceptis. Fons baptisterii est lapideus cum pelvi et aqua non valde munda sine clausura. Metrica baptistorum in libro ligato scribitur. Metrica autem matrimonialis non habetur.

Altaria sunt tria murata, consecrata, integra. Visa est suppellex altaris. Corporalia quinque, bursae tres, vela sex diversae coloris. Lagena pro vino vitrea. Turribulum cupreum, par ampullarum stannearum. Item visum est argentum ecclesiae. Calices quatuor argentei, de his duo integre deaurati, unus eorum cum inscriptione tali: „Stanislaus Gorski, canonicus cracoviensis et plocensis donavit." Item cruces argenteae duae, una ex his in pede cuprea, monstrantia argentea, in pede lignea, ponderis marcas quatuordecem. Item visae sunt casulae coloris albi tres, una ex adamasco, duae ex tela argentea cum lineis, coloris rubei duae, una ex adamasco, altera ex materia flandrica nova, coloris violacei una ex serico villosa florissata et una ex camcha flava et violacea, coloris nigri una ex serico villosa. Pluvialia sunt duo, unum ex panno aureo rubeo ac flavo, alterum ex camcha flava et violacea. Item antependia sunt tria ex pellibus deauratis, tria ex serico plano, albo et flavo per partes, unum ex chatlaselo rubeo et flavo et unum ex tela rubea cum reticulis lineis, unum item ex tela argentea cum lineis. Item albae sunt septem, superpilicia quatuor, mappae altarium circiter viginti. Item libri ecclesiae visi. Missale romanum unum, liber agendorum, graduale pergamenense, psalterium, antiphonarium nova. Habet haec ecclesia pro fabrica vaccas triginta novem, a quibus annuatim solvitur per grossos duodecem, item tres hortos parvos, quorum unus sex sulcos, reliqui duo per quatuor sulcos habent, quos quidem plebanus pro se colit, vinum pro ecclesiae usum loco horum hortorum comparans. Item sunt tria alvaria apum, a quibus mel venditur et pecunia in usum ecclesiae convertitur, cera vero in luminaria ecclesiae cedit. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae convertuntur, de quibus ratio fit semel in anno. Sunt etiam in cista ecclesiae ad praesens floreni centum. Item floreni

quadraginta die hodierna pro pixide argentea venerabilis Sacramenti servandi causa dati sunt a generoso Frederico Paczek.

Huius ecclesiae est plebanus Andreas Skarżyński, qui pro sua provisione habet imprimis ex fundatione ducis tessinensis et severiensis ab annis trecentis, uti tunc facta, domum cum fundo ad partem templi meridionalem, quae per eundem modernum plebanum muro a fundamentis satis commode est aedificata una cum horto muro per eundem septo. Item habet agros multos supra fluminem Brynica, qui incipiunt ab horto, cuius ad praesens est molendinator possessor, versus meridiem, et a piscina curiali et terminantur usque ad limites villae Mileiowice. Item habet piscinam in fluvio Brynica infra piscinam civilem, turn et prata in summitate piscinae et alia penes suos agros cum latis et amplis pascuis. Item habet decimas manipulares imprimis ex agris cmethonalibus et praedialibus villae Przelaiika iurisdictioni Bytomiensis subiacenti, quae decima a cmethonibus redimitur decem metretis, quarum singulae continent quatuor wiertelos siliginis confertos mensurae Czeladiensis, idemque siliginis tantum, de praedio vero nihil ad praesens datur. Item habet decimam manipulem ex villa Dąbie sub parochia de Woikowice ex certis agris alternatim, videlicet uno anno pro castro Seweriensi, altero pro plebano czeladiensis extrahitur. Item habet decimam manipulem ex villa Zagorze sub parochia de Mysłowice ex agris cmethonalibus, quae plebano ad praesens non extrahitur. Item habet decimam manipulem ex villis Klimunków et Siedlec ex agris cmethonalibus, quae per haeredes rapiuntur. Item habet decimam ex villa Rozdzien ex agris cmethonalibus, quae redimitur duodecem metretis siliginis et totidem avenae. Item habet missalia infrascripta, imprimis ex triginta laneis oppidi et duobus advocati per unum coretum alias wiertelum siliginis et per quinque wiertelos avenae mensurae czeladiensis superfluentis. Item ex villa Mileiowice ex duodecem laneis cmethonalibus et tribus praedialibus ex singulis unam metretam siliginis et alteram avenae. Item ex villa Siemianowice ex laneis octo, ex singulis metretam siliginis et metretam siliginis. Item ex laneis octo, ex singulis metretam siliginis et metretam avenae. Item ex villa Woikowice Komorne ex quatuor decem laneis cmethonalibus habet quatuordecem metretas avenae et triginta quinque coretos siliginis. Item ex agris castrensibus secus molendinum sitis percipit plebanus decimam manipulem. Item habet censum ex triginta laneis civium in Czeladz, a singulis per sedecem grossos, necnon a duobus laneis advocati similem censum. Item est domus pro vicario, quae modo non sematur, et alia pro rectore scholae, quibus plebanus salarium solvit. Ad hanc parochiam perinent oppidum Czeladz, Mileiowice, Siemianowice, Przelajka et Woikowice Komorne. Est quoque domus hospitalis in oppido, quae habuit pro dote hortum a civibus ademptum, aluntur ibi ad praesens tres anus.

Decretum reformationis pro eadem parochiali.

Coemiterii foramen muro claudatur. Sera ad fontem baptismalem, ut claudi possit, ematur. Piscinula in pede fontis excavetur. Pixis argentea, pro qua floreni quadraginta a generoso domino Paczek dati sunt, ad asservandum venerabile Sacramentum quamprimum comparetur. Tabernaculum pro venerabili Sacramento in altari maiori decens collocetur. Confessionale saltem unum infra sex menses in ecclesia statuatur. Tabulam parochianorum nomina et cognomina continentem habet dominus plebanus in sacristia affixam. Ematur quoque liber compactus, in quo iuxta formam matrimonia contrahentes omnino a modo scribantur. Inventarium suppellectilis ecclesiae et dotis ecclesiae in libro ligato describatur. Aqua fontis saepe coletur. Graduali pergameneo, quae desunt in chartis descripta, addantur. Hortum domus hospitalis a consulibus pauperum permissu ademptum repetat parochus. Quia vero idem decanatus ruralis officio fungitur, congregationem quamprimum faciat decanalem, in eaque moneat parochos, ne testimoniales illis, qui ad ordines accedunt, dare audeant literas nisi servata forma Concili Tridentini per dec-

reta synodalia publicata et approbata sub t. olim Petro Tilicki, episcopo cracoviensi, item ut ipse ruralia decanalia informatione piene accepta eiusmodi literas testimoniales de conversatione et vita ordinari volentis clausas sigillo suo transmittat. Datum in Czeladz die 27 iunii 1619. Praesens autem decretum in librum ecclesiae inscribatur ac sacristia tabellae impositum affigatur.

Villa Grodziec

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Catharinae virginis et martyris, consecrata, iurispatronatus conventus monialium Zwierzynecensium. Tectum ecclesiae reparatione indiget. In campanili tres campanae, ex his una fracta, quarta signans in ecclesia. Ecclesiae aedificia vetusta, lacunar pictum. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris. Venerabile Sacramentum in calice repperitum est. Pixis non habetur. Bursa pro venerabili Sacramento ex simplici corio sine stola habetur. Lucernae cum vexillis duae, caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum, bonum, cum sacris oleis recentibus ex cathedrali acceptis. Fons baptismalis ligneus cum pelvi et aqua non valde munda. Metrica utraque in libris ligatis scribitur. Altaria sunt tria murata ex his maius consecratum. Tabulam habet inaequalem ex rudibus lapidibus.

Item visa est suppellex altaris. Corporalia quatuor, vela duo, bursa una, ferramenta pro panibus, lagena pro vino stannea, par ampullarum stannearum. Item ostensum est argentum ecclesiae. Calices argentei duo, crux una argentea in pede stannea, monstrantia cuprea, parva, male tenens. Item visae sunt casulae. Coloris albae duae, una ex serico plano, altera ex serico duplo, coloris rubei una ex panno aureo, coloris viridis una ex serico plano, coloris nigri una ex camellato. Item pluviale unum ex camellato coloris rubei. Item antependia habentur quinque, unum ex serico duplo coloris albi, alterum ex camellato coloris rubei, tria ex tela picta. Item albae sunt quinque, superpilicia tria, mappae altarium decem octo. Item ostensi sunt libri ecclesiae. Missale unum romanum, liber agendorum, graduale, antiphonarium et psalterium vetera, postilla. Habet haec ecclesia pro fabrica vaccas viginti, a quibus per grossos duodecem annuatim solvitur. Legati sunt huic ecclesiae pro reparatione campanae a quodam Zięcik de Lagisza floreni quadraginta, apud Martinum Glinka floreni triginta et apud Martinum Leyski floreni decem. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae convertuntur.

k.130r

Huius ecclesiae est plebanus Jacobus Gaiecki, Brzeźniecensis, a medio anno mente captus, de cuius dote certa informatio haberi non potuit. Habet tarnen agros in tres campos distinctos, ad duos laneos parvos aestimatos, in quibus duo coloni locari possent. Habet etiam et addimenta ad eosdem agros in quatuor locis. Item habuit piscinas tres, quas in pratum convertit. Item habet tres hortulanos, pro quibus iure agit cum conventu Zwierzyniecensi. Item habet decimas manipulares, primam ex praedio in Grodziec monialium Zwierzyniecensium, quam decimat. Item habet decimam manipularem ex agris sculteti, dicti Wolny, quam decimat. Item habet decimam ex villa Grodków de agris praedialibus, quam vendit duodecem marcis. Item habet missalia a triginta duobus cmethonibus ex villa Grodziec, a singulis metretam siliginis et tres wiertelos avenae. Metreta autem continet quatuor wiertelos. Item habet domum pro sua residentia cum horto et aliam pro vicario necnon pro rectore scholae, quibus plebanus salarium solvit. Huic parochiae subsunt villae Grodziec. Psary, Lagisza et Grodków.

Decretum reformationis pro eadem parochiali.

Tectum ecclesiae, ubi opus est, reparetur. Campana fracta, pro qua quadraginta floreni legati sunt a Zięcik, quamprimum refundatur. Ossa mortuorum ex ossario colligantur et in una fovea sepeliantur, facta prius denuntiatione ex ambona et servatis caeremoniis in libro agendorum circa talem actum descriptis. Inventarium rerum ecclesiae et dotis plebanalis descriptio in lib-

rum ligatum redigatur. Pixis pro venerabili Sacramento servando necnon ferrum criculare pro scindendis hostiis maius habeatur. Stola ad hursam communione infirmorum adsuatur et cifulum pro ablutione danda illis ematur. Similiter ablutio communicantibus non ex vitreo poculo sed ex stanneo calice idcirco comparando praebatur. Piscinula in pede fontis baptismalis excavetur. Reliquiae ex portatili veteri emtae in pacificali claudantur. Vela albi, viridis et rubei coloris habeantur. Ampullae cum operculis stanneae novae pro veteribus permulentur. Curet dominus commendarius, ut usurarii et incontinentes condignis poenis afficiantur et ad emendationem vitae adducantur. Symbolum fidei diebus dominicis ultra orationem dominicam cum parochianis necnon decalogus post concionem canatur. Datum in Grodziec die 27 iunii 1619.

Civitas Siewior

Ecclesiam habet parochialem muratam, tituli s. Mathaei apostoli. Iurispatronatus episcopi cracoviensis, consecratam. Coemiterium in parte disiectum. Tectum ecclesiae bonum, ossarii quoque tectum malum. In campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Lacunar ecclesiae pictum. Fenestrae templi reparatione indigent. Sunt quoque organa musica et duo confessionalia necnon candelabrum cupreum pendens in medio ecclesiae. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris noviter exstructum, in quo sunt duae pixides, una argentea cum vasculo simili et altera cuprea, in quibus venerabile Sacramentum ante septem dies renovatum repertum est. Visa est etiam bursa sericea cum cifulo argenteo pro communione infirmorum. Lampas ante ciborium accenditur. Chismale est stanneum cum sacris oleis recentibus. Fons baptisterii lapideus cum pelvi parva et aqua munda, qui male in pede haeret. Clauditur sera debili. Metrica utraque in libro ligato scribitur. Altaria sunt quatuor murata, consecrata, integra.

31r. Visa est suppellex altaris. Corporalia sex, bursae tres, vela omnium colorum decem, lagenae pro vino stanneae quatuor, ferramenta pro hostiis, ampullarum stannearum paria duo, turribulum cupreum, candelabrorum cupreorum paria duo. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei septem, ex his duo deaurati, unus vero fractus. Calices (!) argenteae tres, quarum duae noviter reformatae. Pacificale argenteum rotundum in pede, monstrantia argentea deaurata operi eleganti, par ampullarum argentearum. Item ostensae sunt casulae. Coloris albi tres, una ex adamasco et duae ex tela argentea cum lineis, coloris rubei tres, una ex adamasco, altera ex panno aureo, tertia ex serico villosa in fundo viridi. Item una ex camcha flava et violacea, item una ex adamasco violaceo et flavo. Item una ex serico villosa, lateribus coloris in fundo viridi, item una ex adamasco viridi, coloris nigri quatuor, una ex adamasco, duae ex forstato et una ex hatlaso florisato. Item dalmaticarum habentur paria tria, unam ex camcha flava et violacea, alteram ex serico plano coloris nigri, tertiam ex muchaiero coloris rubei. Item pluvialia sunt tria, unum ex panno aureo coloris viridis, alterum ex serico villosa et tertium ex camcha coloris itidem viridis. Item antependia sunt decem, unum ex camcha rubea et alba novum, alterum ex adamasco rubeo, tertium ex adamasco albo, quartum ex adamasco viridi et rubei per partes, quintum ex camcha cum reticulis lineis, sextum ex forstato nigro, tria ex medio serico rubeo et viridi per partes et unum ex muchaiero rubei coloris. Item albae habentur decem, superpilicium unum, mappae altarium quiquaginta quatuor. Item ostensi sunt libri ecclesiae. Missalia romana quatuor, libri agendorum duo, graduale et antiphonarium pergamenea, item antiphonarium et psalterium impressa. Sunt et alii libri pro docendo populo in inventario per tl. visitatorem subscriptum specificati, scilicet opera D. Antonini libri quatuor, item s. Bonaventurae Thesaurus de Sanctis, opera Scotonii, sermones Feri, fasciculus temporum, historia Lombardica, decretales, notabilia iuris, Panormitani. Habet ecclesia pro fabrica

vaccas viginti duas, a quibus per ex grossos annuatim solvitur. Ad praesens in cista ecclesiae sunt floreni tredecem. Item habet ecclesia apud quemdam Falibowski in civitate manentem florenos quadraginta a Matheo Mloch olim legatos. Item sunt floreni quinquaginta mutuo dati civibus, a quibus penduntur singulis annis duo floreni, qui cedunt in salarium organarlo. Sunt et alia minutiora debita huius ecclesiae inter cives, quae summam sex aut septem florenorum vix excedent in registro ecclesiae specificata. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae convertuntur, de quibus ratio fit semel in anno.

Item huius ecclesiae est parochus tl. Adamus Szypowski, canonicus cracoviensis, qui pro sua provisione habet agros, decimas et alios redditus in visitatione tl. Kazimirski satis piene descriptos, proinde ad praesens in absentia praesertim parochi supendum esse a descriptione dotis plebanalis visum est. Illud tamen additur, quod cum haec ecclesia ex teloneo episcopali florenos viginti annuos pro emendo vino ad sacrificium ab episcopis cracoviensibus donatos habet et ex superiorum visitationum decretis ecclesiae nanc pecuniam cedere debeat, eam tamen dominus parochus a triginta annis in usum proprium convertit. Habet quoque parochus domum pro sua residentia et duas domunculas pro vicariis, quibus salarium solvit sicut et rectori scholae, qui etiam habet pro se et docenda iuventute domum. Est etiam in hac ecclesia altare fundatum tituli Assumptionis BMV., iurispatronatus fraternitatis literatorum, cuius possessor est Clemens Czarancius, praepositus hospitalis, qui pro sua dote habet agros in quinque locis situs, in visitatione tl. Kazimirski specificatos, necnon hortos duos, item domunculam pro sua habitatione. Tenetur autem singulis diebus dominicis et festis missam de BMV. canere. Institutus est autem altarista praedictus ad hoc altere de anno Domini 1616. Sunt etiam fraternitates circa hanc ecclesiam, quae habent marcas quatuordecem, a quibus census quatuor grossorum solvitur. Pollunt autem altaristae Assumptionis BMV. missas maturas e festis diebus ipsis accidentibus celebranti quatuor florenos, annuatim, cantori autem viginti quatuor grossos. Sunt etiam alia contubernia sex vel septem, scilicet laniorum, ferrifabrorum, figulorum, sutorum, sartorum et pelliorum, ex quibus soli pelliores quatuor anni temporibus pro fratribus defunctis vigiliis canabant et unam missam celebrant faciebant, nunc vero sola confraternitas pelliorum id exequitur. (!) Sunt etiam extra civitatem tres capellae, prima s. Leonardi non consecrata, secunda capella murata s. Joannis Baptistae, consecrata, quae capella dicitur habere dotem ex agro penes eandem ecclesiam sito ad unum stadium aestimato, latitudinis decem octo sulcorum, quem agrum colit dominus parochus. Tenetur autem septem grossos annuatim ratione huius agri ecclesiae persolvere, quod non facit. Tertia capella est tituli s. Sophiae non consecrata. Hae omnes capellae nullam praeterea dotem neque apparatus habent praeter campanas, singula singulas, in quibus diebus patronalibus et dedicationis missae celebrantur a presbyteris parochialibus.

k.131

Capella hospitalis. Haec est lignea tituli s. Valentini, quam praepositus asserit esse consecratam et dominica in Albis dedicatio eius celebratur. Iurispatronatus consulum seweriensium. Tectum ipsius bonum. Coemiterium bene septum. Altaria sunt tria, duo priora lignea, unum muratum ac consecratum, habet portatile unum certum. Attinentia ad altaria: corporalia duo, bursam unam, vela tria, lagenam pro vino stanneam. Item habet calicem argenteum locatim deauratum, par ampullarum vitrearum, item habet tres casulas, unam coloris flavi ex adamasco, alteram ex serico plano coloris rubei, tertiam ex muchaiero coloris nigri. Item antependia tria, unum ex pellibus inauratis, alterum et tertium ex muchaiero. Item albae habentur tres, mappae novem, missale romanum novum et alia minutior suppellex, in inventario per tl. visitatorem specificata. Huius capellae est praepositus Clemens Czarancius, alterista altaris Assumptionis BMV., presbyter institutus de anno Domini 1616. Habet autem pro dote censum ex villa Trzebiesławice florenos quinque necnon tres metretas siliginis ex eodem praedio Trzebiesławice ex duobus laneis, prout id literis pergamenis

k.132:

Petri Myszkowski, episcopi cracoviensis in visitatione productis de dato Boddzantini calendis novembris anno Domini 1590 continens, quas quidem literas ad acta episcopalia de anno Domini 1602 die 21 iunii apparent esse productas. Tenetur autem ratione huius dotis missam pro defunctis singulis feriis sextis celebrare. Habet insuper idem praepositus hospitalis duos hortos, unum vicinum capellae s. Valentini et alterum capellae s. Leonardi, quos locat singulos annuatim per grossos decem octo. Est etiam penes hanc capellam domus hospitalis, quae habet hortos tres et agros ad tria stadia aestimatos cum pratis quatuor, ex quibus omnibus floreni octo a consulibus solvuntur cum iniuria hospitalis. Item habet duas areas extra civitatem, item particulam agri cum prato ad fluviolam Sitna, ex quo unus florenus annuus pro hospitale dabatur, nunc vero consules, uti dictum est, ex his omnibus octo tantum florenos solvunt. Item habet hospitale quatuor vaccas et boves duos. Administratur autem hospitale per unum provisorem, Borowy dictum, a consulibus electum. Item habet praepositus hospitalis modernus florenos decem septem residuos ex triginta florenis a domino Siemuński, iudice seweriensi, hospitali in emptionem census ac emptionalis legatis, ex qua summa prior praepositus Stanislaus Młochowic tredecim florenos distraxit vel in usum proprium convertit. Item habet praepositus ultra hanc pecuniam florenos triginta quatuor legatos, quae utraque summa iuncta ascendit ad quinquaginta et unum florenos, pro quibus bonum esset censum hospitali et capellae emere.

32v.

Pro ecclesia parochiali in Siewior quando quidem decretis superiorum visitationum satis non est in toto factum. Speratur autem hiemi adventus t.l. Episcopi hunc in locum, necnon executio visitationis archidiaconalis hiemi imminet, idcirco t.l. Episcopo reformatio huius ecclesiae et hospitalis relinquatur.⁸ Interim autem curabit Commendarius, ne in coemeterium immundis animalibus pateat accessus, utque septa illius et foramina quamprimum reficiantur. Datum in Siewior, die 28 iunii 1619.

Villa Koziegłowski

Ecclesia parochialis murata, tituli sanctorum Nicolai et Adalberti, consecrata, iurispatronatus episcopi cracoviensis. Coemiterium muratum. Tectum ecclesiae bonum. Chorus ecclesiae testudineatus, lacunar pictum, in campilli sunt duae campanae, tertia fracta, quarta signans in ecclesia. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, in quo pixis argentea cum vasculo intus argenteo deaurato venerabile Sacramentum continens visa est. Sacramentum septimanatim renovatur. Est etiam bursa sericea cum stola pro communione infirmorum. Lucerna cum vexillo non habetur. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum sacris oleis recentibus. Baptisterium est lapideum cum pelvi et aqua munda, sera clausum. Metrica utraque in libro ligato scribitur. Altaria sunt tria, murata, consecrata, integra.

Visa est suppellex altaris. Corporalia sex, bursae quatuor, vela undecem, lagenae pro vino stanneae, ferraementa pro panibus, ampullarum stannearum paria duo, turribulum cupreum. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei tres, ex his unus deauratus. Monstrantia parva argentea, crux una argentea. Item ostensae sunt casulae coloris albi tres, una ex panno aureo, altera ex serico plano, tertia ex camellato et una ex tela argentea cum lineis. Coloris rubei una ex camcha. Item una coloris viridis ex serico plano, item una coloris violacei ex muchaiero, item una coloris nigri ex forstato. Item pluvialia sunt tria, unum coloris albi ex muchaiero, alterum ex camcha rubea et flava, item unum ex adamasco coloris nigri. Antependia sunt novem, unum ex pellibus inauratis, tria ex tela argentea cum lineis, tria ex muchaiero, coloris albi, unum ex muchaiero violaceo, unum ex muchaiero nigro et aliquot vetustiora. Albae habentur numero sex, superpilicia duo, mappae altarium sedecem. Item visi sunt

⁸ Nie wiadomo, czy i co biskup przy zapowiedzianej wizycie zarządził.

libri ecclesiae. Missalia tria romana, liber agendorum, gradualia duo, unum impressum novum et aliud manu scriptum. Psalterium et antiphonarium impressa. Habet eclesia pro fabrica vaccas millas neque legata vel debita aliqua. Collectae in cistam ecclesiae mituntur, ex quibus et aliis diversis legatis et a sepulturis ecclesiasticis ad praesens in cista habentur quinquaginta floreni. Victrici ecclesiae ad praesens non habentur iurati sed iam electi.

k.133

Huius ecclesiae est plebanus Laurentius Jarzyna, presbyter institutus, qui pro sua provisione habet agrum cmethonali minorem, in quo plus minus viginti casulas hyemalias excrescit. Item habet prata duo, unum sub villa Mysłów et aliud extra villam versus oppidum Kozięgłowy. Item habet piscinas tres nunc vero de novo duas alimat versus oppidum Kozięgłowy. Item habet decimas manipulares imprimis de villa Kozięgłowski, dicta antiquitus Stare Kozięgłowy, ex agris sedecem cmethonalibus, quas decimat. Item ex villa Pienczice ex agris cmethonalibus, quas decimat. Item ex villa Zelisławice ex agris cmethonalibus et ex agris sculteti, item ex villa Markowice ex agris cmethonalibus, item ex villa Ligota de laneis cmethonum. Item habet decimam ex officina ferraria dicta Stara Kuźnica, quae octo florenis redimitur a ferricudinatoro dicto Marcisa. Item habet decimam ex ferricudina dicta Południowska, deserta, quae viginti quatuor grossis redimitur. Item habet decimam ex villa Mysłów de agris sculteti, quae quinque marcis redimitur. Pro quibusquidem decimis scultetialibus obtinuit plebanus modernus decretum t. olim cardinalis Radziwili de dato 26 aprilis anno 1599, sicuti pro decima ex Mysłów dicta, simile decretum obtinuit a t. olim Bernardo Macieiowski, episcopo cracoviensi, de dato 1600 die 11 octobris necnon aliud decretum super eandem decimam ex protocollo decretoque ducatus Sewerjensis de anno 1617 die 7 augusti, quae omnia sub sigillis episcopaliibus authenticis exhibuit. Item habet domum pro sua residentia cum horto et pomerio et aliam pro rectore scholae, cui plebanus salarium solvit. Ad hanc parochiam pertinent villae Kozięgłowski, Lgotha, Rzeniszow, Markowice, Winowo, Miślow, officina ferri dicta Frankowska et molendina quatuor post montem iacentia.

Decretum reformationis pro eadem parochiali

Laudatur diligentia plebani, qui decorem domus Dei diligit. Curet autem, ut eadem domus diebus festivis frequentetur a parochianis, quos si missam diebus de praecepto non audierint, poena sex grossorum in usum ecclesiae convertenda antequam decreta t. episcoporum mulctari iubent, quam in eos extendi dabit operam. Victricos iuratos duos habeat. Caetera diligentiae eius committuntur. Datum in Kozięgłowski die 29 iunii 1619.

k.133

Oppidum Kozięgłowi

Ecclesia parochialis murata, tituli sanctissimi Corporis Christi, consecrata, iurispatronatus episcopi cracoviensis. Tectum ecclesiae bonum, coemiterium bene septum, in campanili quatuor campanae, quinta signans in ecclesia. Fenestrae reparatione indigent. Venerabile Sacramentum in tabernaculo supra altare maius asservatur in pixide argentea et vasculo eiusdem materiae, quod septimanatim renovatur. Habentur etiam tres bursae pro communione infirmis deferenda. Lampas ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum sacris oleis ex cathedrali acceptis. Fons baptisterii lapideus cum pelvi in labio fracto et aqua munda, bene clausus. Metrica baptisatorum et matrimonium contrahentium in libris ligatis scribitur. Altaria sunt sex in ecclesia, septimum in sacratio. Erant ante omnia consecrata, sed tria ex his, s. Nicolai, s. Alexii et s. Catharinae de licentia Ordinarii in alium locum translata nondum sunt consecrata. Habentur etiam duo portatilia nova.

Item visa est suppellex altaris. Corporalia quindecim, bursae sex, vela sedecem, lagena pro vino stannea, ferramenta bina pro panibus, ampullarum stannearum tria paria, turribulum cupreum. Item visum est argentum ecclesiae.

Calices argentei octo, ex his unus deauratus integre, reliqui locatim deaurati. Cruces argenteae tres, una ex his tota deaurata, monstrantia argentea deaurata, ampullarum argentearum par unum, manus argentea cum reliquis s. Stanislai et Wenceslai, pacificale argenteum rotundum deauratum. Item ostensae samt casulae coloris albi quinque, una ex panno aureo, altera ex serico plano, tertia ex tela argentea cum lineis, quarta ex medio serico plano, et una ex serico plano. Coloris rubel casulae tres, una ex burcatella, altera ex camcha, tertia ex adamasco, et una ex tela picta rubea et flava. Coloris viridis duae, una ex materia flandrica, altera ex muchaiero, una coloris violacei ex muchaiero, coloris nigri tres, una ex cannava, altera ex muchaiero, tertia ex serico duplo, lacera. Item piuvialia nabentur tria, unum ex panno aureo et flavo, alterum ex burcatella viridi et flava, tertium ex muchaiero. Item antependia sunt quindecim, coloris albi tria, unum ex camellotto et duo ex serico duplo. Coloris albi (!) quatuor, tria ex adamasco et unum ex serico duplo, coloris violacei unum ex muchaiero, coloris viridis unum vetus ex camcha, duo ex pellibus deauratis, unum ex adamasco flavo, unum ex muchaiero nigro et duo ex stragulis pictis cum lineis. Item albae habentur novem, superpilicia tria, mappae altarium quinquaginta. Item visi sunt libri ecclesiae. Missalia romana tria, liber agendorum, graduale pergameneum, antiphonarium et psalterium impressa. Sunt et alii libri ecclesiae pro docendo populo, videlicet Biblia sacra, Rationale divinarum officiorum, Institutiones iuris canonici Lanciellotti, Homilia Haimonis, Quadragesimale, sermones Pomersii et aliquot manuscripti, latius in inventario ecclesiae per tl. Archidiaconum subscripto specificati. Habet ecclesia vaccas tres pro fabrica, a quibus per grossos duodecim annuatim solvitur. Item sunt agri alias Łas Wektarski dicti, ex quibus organarius ad rationem salarii fructum recipit. Item est hortus Tiburzowski dictus, a tergo altaris s. Alexii, a quo organarius duos florenos percipit. Item ecclesia habet in legatis et debitis ad trecentos florenos apud diversos oppidanos et rucalios, prout in inventario per tl. Visitatorem subscripto ea omnia specificantur. In cista ecclesiae ad praesens sunt quatuor vel quinque floreni.

Huius ecclesiae est plebanus Nicolaus Wielicki, artium magister, et idem praebendarius capellae s. Crucis, qui pro sua dote habet imprimis laneum in duobus locis situm, cuius latitudinem et longitudinem in inventario describit. Item habet pratum dictum Łas sub villa Siedlec. Item habet tres piscinae reformatas et unam hortulaniam. Item habet decimas manipulares, primam in villa Czynkow Episcopalis ex agris omnium incolarum et ibidem a duobus scultetis pecuniariam a singulis per grossos decemocto. Item habet decimam manipularem in villa Siedlce Episcopali ex omnibus agris omnium incolarum et ibidem a sculteto ratione antiquorum agrorum grossos duodecim. Item habet decimam manipularem in villa Gęszin Episcopali ex omnibus omnium incolarum agris tam novis quam antiquis et ibidem a sculteto pecuniariam grossos duodecim. Item in villa Woisławice Episcopali ex omnibus omnium incolarum agris tam novis quam antiquis et ibidem a sculteto grossos duodecim. Item in quodam agro Niwa Szyszkowska nuncupato, oppidanorum Gniazdoviensium et Woisławiensium agris incluso, habet decimam integram. Quas quidem omnes supra specificatas decimas ex omnibus omnium incolarum uti supra fertur agris tam novis quam antiquis decimat modernus plebanus. Item habet decimam manipularem ex villa Gniazdow, qua redimitur a singulis emethonibus grossis novem, a hortulanis vero uno grosso. Item habet census unum ex agro Literatów duos florenos, alterum ex horto Aymonowski dicto viginti quatuor grossos. Item habet mensalia in oppido Kozięłowy et Gniazdow ex qualibet domo medium grossum. Item habet missalia ex singulis laneis oppidi Kozięłowy, (qui sunt viginti novem et trigesimi quarta pars), quatuor wiertelos siliginis et totidem avenae. Item habet ex ferriminera dicta Kamienica currum ferri alias wos żelasza, to iest szyn 24, similiter ex altera ferriminera dicta Własna. Item habet domum pro residentia et pratum cum pomerio penes ecclesiam et hortum in platea

Woźnicensi. Item habet domum pro rectore cum horto, quem plebanus salariat.

Item sunt circa hanc ecclesiam altaria duo, unum tituli s. Alexii, ex altari-
bus duobus per Petrum Tilicki, episcopum cracoviensem, emptum et incorpora-
tum, cuius possessor est Blasius Krzywański, presbyter 1616 institutus, qui pro
sua provisione habet imprimis sex marcas valoris communis apud Christinum,
haeredem in Kozięgłowy, per Svantoslavum, plebanum in oppido Kozięgłowy,
centum et sexaginta florenis ungaricalibus emptum. Iuspatronatus autem dicti
altaris ad episcopum cracoviensem pro tunc existenti uti haeredem pertinet.
Item habet censum duorum ungaricalium ex cmethonibus advocati in oppido
Woźniki emptum triginta aureis a Sventoslavo, plebano in Kozięgłowy, prout
id ex inscriptione ad acta consistorii Cracoviensis authentice producta de dato
anno 1493 die 16 augusti ostensum est. Item habet hortum penes curiam episco-
palem, quem seminat. Item habet duas piscinas reformatas et unam desolatam,
similiter et quartam desolatam. Tenetur autem ratione dictae dotis duas mis-
sas in septimana legere, unam feria secunda pro defunctis et aliam feria quin-
ta pro peccatis, quod altare monoculum esse voluit fundator, prout haec omnia
in erectione per Fredericum cardinalem et episcopum cracoviensem in privile-
gio pergameneo exhibit o de dato 1490 die 2 iunii latius continentur. Habet
etiam a quindecim hortulanis censum grossos sex. Secundum altare tituli s. Cat-
harinae virginis et martyris, iurispatronatus episcopi cracoviensis, cuius posse-
ssor est Joannes a Strzelce actu presbyter, institutus de anno 1598. Habet autem
pro dote imprimis quinque marcas censuales ex villa Lgotha Episcopali, prout
id privilegio Christini haeredis in Kozięgłowy authentico de anno 1477 die
2 mensis octobris producto continetur. Item habet piscinas duas. Item habet
domum pro residentia una cum prato et pomerio. Tenetur autem ratione dotis
istius duas missas in septimana legere feria secunda pro peccatis et feria
quarta pro defunctis. Est etiam fraternitas literatorum in hac ecclesia, quae
singulis diebus dominicis et festis missam de BMV. occinit, presbytero autem
missas cantanti grossos quadraginta singulis quartualibus persolvit.

k.13.

Capella s. Crucis in Kozięgłowy. Haec capella est penes domum hospitalem,
lignea, consecrata, iurispatronatus episcopi cracoviensis, in qua sunt altaria
duo lignea, tertium maius muratum, super quo in portatili celebratur. Habet
unam campanam. Apparatus ad celebrandum ex parochiali afferuntur. Cuius
capellae praebenrius est modernus parochus institutus. Habet autem dotem
haec capella: laneum agri in campo Gniazdoviensi pro una medietate et in cam-
po penes capellam s. Crucis pro altera medietate situm. Item habet Przymiarki
na Kozodrzy quinque stadiorum latitudinis, quatuor sulcorum. Item habet vigin-
ti octo domunculas capellae adiacentes, ex quibus pro sex grossos annuatium
solvitur. Item habet piscinas tres duas in fluvio Dobrnia, tertiam penes viam
in Woisławice. Item habet decimas manipulares, primam in villa Podstawowice
ex certis agris in dominio Zarzeczki, quam per decretum tribunalis regni moder-
nus plebanus evicit super nobili Joanne Koriciński de dato Lublini feria sexta
in vigilia Nativitatis s. Joannis Baptistae 1617. Item habet decimam in villa
Kotowice in dominio Zarcensi ex agris cmethonalibus et praedialibus, quam
modernus plebanus per decretum tribunalis regni de dato Lublini, feria sexta
in vigilia s. Joannis Baptistae 1617 recuperavit. Item habet decimam ex villa
Chorun, quae decem marcis redimitur. Item habet decimam ex villa Mrozno
ex agris cmethonum. Item ex praedio castri Mirow in dominio Zarcensi, quae
utraque rapiuntur. Item habet aream pro aedificanda domo. Tenetur autem ra-
tione huius dotis tres missas septimanatim legere, die dominica de sanctissima
Trinitate, feria quarta pro peccatis et feria sexta de s. Cruce. Est etiam domus
hospitalis penes capellam, quae habet hortum parvum et alium inter hortos
civiles, priorem ipsi pauperes seminant, alium vero consules. Item habent
censum ex duabus domibus, quarum una vocatur Subkowska, per sex grossos.
Ad praesens in hospitali manent octo pauperes, qui vivunt ex elemosyna, quam
inter illos Kluczowski provisor dividit. Est etiam extra oppidum capella s. An-

nae lignea, non consecrata, et s. Laurentii, altera lignea, consecrata, in quibus missae aliquoties per annum celebrantur. Dotem nullam habent neque apparatus. Ad hanc parochiam pertinent oppidum Kozięgłowy et villae Siedlec, Cyn-gow, Woisławice, Gniazdow, Gęszyn, Jastrzombie, Rudnik, Kamienica et Własna.

Decretum reformationis pro eadem parochiali

Pixis pro venerabili Sacramento reparatur necnon fenestrae templi. Saccula venerabilis Sacramenti saepius laventur. Pelvis fontis in lahro divisa coniun-gatur. Fundamentum fontis ex lapide aequali ponatur. Pavimentum in capella complanetur. Libris ecclesiae clausurae addentur. Eleemosyna inter pauperes hospitalis cum scitu plebani consules dividant. Caetera diligentiae domini Plebani committuntur.

Oppidum Wozniki

Ecclesia parochialis murata, prophanata. Nobilis olim Georgius Kochcicki, nuper mortuus, reliquit uxorem ex familia Gosławskich, quae ibi haeresim fovet ministrumque Sebastianum Calvinistam ibidem servat. Est tamen in oppi-do tertia pars catholicorum et per villas, quibus in ecclesia Kozięgłowy sacra-menta administrantur, immo vero et ad infirmos ibidem venerabile Sacramen-tum defertur eique reverentia exhibetur.

Villa Lubcza

Ecclesia parochialis murata, tituli s. Jacobi Apostoli, prophanata. Haeres villae est Dorothea Kamieńcowa, vidua, quae ministrum haereticum, Evange-licum dictum, ibi tenet, decimasque ei extradat et alia ad dotem plebanalem pertinentia possidet. Sunt tamen ibi et Catholici, qui in ecclesia oppidi Kozię-głowy sacramenta percipiunt, idemque faciunt ex villis incolae Kamieńca, Psary et Babienica, quarum villarum domini sunt catholici.

Villa Ciągowice

Ecclesia parochialis lignea, quae ad praepositi Pilcensis visitatorem perti-net ex privilegio tl. olim Petri Tilicki, episcopi cracoviensis, qua de re videatur annotatio tomo secundo visitationis exterioris, folio 35.

Civitas Bithom

Ecclesiam hanc parochialem conventualem Ordinis Premostratensis per haereticos prophanatam. Cuius apparatus et argentum in praetorio asservari dicitur. Hanc ecclesiam tl. olim Petrus Tilicki, episcopus cracoviensis, ex mani-bus haereticorum recuperare voluit, fuitque mandatum civibus a duce Karno-viensi, ut eam restituerent, sed morte praeventus episcopus id exsequi non po-tuit. Cives tamen novam ecclesiam ligneam metu restitutionis parochialis ec-clesiae in usum religionis suae erroneae extra civitatem ante duos annos extru-xerunt⁹. Extra oppidum autem sunt capellae s. Margaritae et s. Spiritus, catholicae, infra suis locis describendae. Sunt autem infra oppidum in monaste-rio Bernardinorum fratres conventualium seu minorum s. Francisci, ecclesia ip-sis concessa. Sacramenta in ea administrare dicuntur.

Villa Bielczowice

Ecclesia parochialis lignea extra regnum in Silesia constituta, in qua nobile s soient habere manuales presbyteros ad libitum eos mutantes. In processu visi-tationis apparet non fuisse exsecutum eundem in dicta ecclesia, non enim per-miserunt nobiles ecclesias suas visitari. Dicitur ibi esse Sebastianum apostatum ex monasteria sanctissimi Corporis ex arce Casimiria.

⁹ Na marginesie znajduje się następujący dopis: „Sunt ibi duo haeresiarchae, videli-cet Lucas, ordinis Praedicatorum ex Opolie, ante duos annos huc venit, uxorem duxit. Adamum se nunc nominat. Alter haeresiarcha eiusdem ordinis vero dicitur Christo-phorus, qui libenter rediret ad fidem catholicam, quod ab illo audivit parochus in Mi-chałkowice, vir honestus, mihi Tetulit sub iuramento”.

Villa Targoszyce seu Mierzęcice

Ecclesia parochialis murata in campo longe a villa sita, tituli s. Nicolai, consecrata. Iurispatronatus episcopi cracoviensis. Coemiterium habet septum. Tectum ecclesiae bonum. In campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Chorus ecclesiae testudinatus, lacunar pictum, fenestrae non malae. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, ubi in pixide stannea et vasculo simili venerabile Sacramentum, quod saepe renovatur, visum est. Visa est etiam pera sine stola pro communione infirmorum. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum sacris oleis recentibus. Fons baptisterii ligneus, clausus, cum pelvi et aqua munda. Metrica utraque in libro ligato scribitur.

Visa est suppellex ecclesiae, corporalia quinque, bursae tres, vela septem, lagena pro vino stannea, ferramenta pro panibus, par ampullarum stannearum. Turribulum cupreum. Altaria sunt tria murata, non consecrata. Habetur unum portatile certum, super quo missae celebrantur. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei tres, locatim deaurati. Crux una argentea parva, monstrantia cuprea cum melchisedech et radiis solaribus argenteis. Item visae sunt casulae sex. Una ex adamasco coloris albi, altera ex burcatella rubea et alba, tertia ex adamasco violaceo, quarta coloris violacei et flavi ex adamasco, quinta ex serico simplici coloris viridis, sexta de muchaiero coloris nigri. Item pluvialia sunt duo, unum ex serico duplo, coloris albi et aliud de muchaiero. Item antependia sex, unum ex pellibus inauratis, aliud de barchano picto, unum de muchaiero viridi, item unum de muchaiero rubeo, et alia vetera. Item albae sunt tres, superpilia tria, mappae altarium quatuordecem. Item visi sunt libri, missalia duo, liber agendorum, antiphonarium manu scriptum, graduale et psalterium in folio impressa. Habet haec ecclesia pro fabrica vacas viginti duas, a quibus per grossos duodecem solvitur. Collectae scribuntur et ratio fit de illis. Est etiam velum pro feretro mortuorum ex tela nigra. Item ex villa Sadowice solvitur pro fabrica ecclesiae marca una, fundata antiquitus a quodam nobili Sadowski.

k.136v

Huius ecclesiae est plebanus Nicolaus Seweriensis, presbyter institutus, qui pro sua provisione habet quatuor medios agri laneos, in quibus triginta quinque cassulae hiemalia excrescere soient et in eisdem agris habet duos hortulanos locatos, quibus ipse domunculas construxit. Item habet piscinam unam desolatam. Item habet decimas manipulares. Primam ex villa Sadowice, quae octo marcis redimita. Item ex villa Mierzęcice habet decimam ab uno cmethone, quern decimat. Item ex villa Ozarowice ex tribus laneis episcopalibus, quam decimat. Item a duobus hortulanis in Mierzęcice, quam decimat. Item ex villa Dziejewki ex sex agris cmethonum, quam decimat. Item ex villa Mysłow habet decimam pecuniariam novem marcas. Item ex villa Przezyce habet decimam ab uno cmethone et ex agris tabernae, molendini et tribus hortulanis. Ibidem habet decimam ex laneo a molendino adempto, in quo Derei sedet. Item habet domum pro residentia sua in fine villae, longe ab ecclesia causa securitatis ac num suarum ante annos decem per se ipsum exstructam una cum horto penes ecclesiam. Item est domus pro rectore scholae, qui habet medietatem stadii agri et arnulam seu niwa per plebanum sibi datum ac haec penes ecclesiam. Ad hanc ecclesiam pertinent villae Mierzęcice, Sadowie, Zawada, Toporowice, Przezyce. Pertinebat quondam Brudzowice villa ad hanc parochiam, verum quia parochiani decimam dant ad ecclesiam in Siewior, ideo iussu capitanei seweriensis ibi ad praesens sacramenta accipiunt. Conqueritur autem plebanus huius ecclesiae, quod partes coemiterii antiquitus assignatas incolae villae Brudzowice non reficiant. Caeterum de iure parochiali huius villae poterint inter se iure experiri ad quemnam ipsorum in posterius pertinere debeat.

•
Decretum reformationis

Tectum campanilis ex una parte innovetur. Stola ad bursam communionis

infirmorum addatur. Piscinula in pede fontis profundivo excavetur. Velum nigri coloris ematur. Imago maioris altaris, ubi ostensum est, recte statuatur. Calix stanneus vetus novo permutetur, patenae et calices abluentur. Vasculi stannei pro venerabili Sacramento clausura reparentur. Quia vero haec ecclesia longe a villa distat et a furibus saepe expilatur, ideo monetur parochus, ut argentum et casulas pretiores domui asservet, clausuramque ecclesiae quam firmissimam habeat. Caetera ipsius diligentiae committuntur. Datum in Targoszyce 30 iunii 1619.

37r. *Villa Sączow*

Ecclesia parochialis lignea, consecrata, tituli s. Jacobi apostoli, iurispatronatus haeredum de Ozarowice et Sączow. Coemiterium pro parte muratum, pro parte ligneum. Tectum ecclesiae bonum, fenestrae integrae. In campanili duae campanae, tertia signans in ecclesia. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, decens, in quo pixis cuprea cum duobus vasculis ligneis reperta sunt cum sacculis mundis cum venerabili Sacramento, quod in quindena renovatur, continenti. Habetur et pera cum cifulo argenteo pro communione infirmorum. Lucerna non est. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum sacris oleis ex Grodziec a domino Zaiglic acceptis simplici oleo pro maiore parte permixtis. Fons baptismalis est ligneus cum pelvi et aqua munda, clausus. Metrica utraque in libris ligatis scribitur. Altaria sunt tria, murata, consecrata, integra.

Visa est suppellex altaris. Corporalia sex, bursae tres, vela decem. Lagena pro vino stannea. Ferramenta pro panibus vetera. Par ampullarum stannearum, turribulum cupreum. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei duo, unus novus totus deauratus, monstrantia argentea cum armis Oxa Oszeliga domini Ozarowski et coniugis eius, ponderis decem marcarum argenti, locatim deaurata. Crux una argentea. Item visae sunt casulae. Imprimis una coloris albi ex tabino florisato cum argento, altera ex adamasco albo, una ex hatlaselo florisato rubeo, una ex adamasco rubeo, item una ex serico villosa coloris viridis, item una ex serico duplo coloris violacei, item una ex serico duplo similis, item duae coloris nigri, una ex adamasco, altera ex serico villosa. Item pluvialia, unum ex tabino albo florisato cum argento et altera ex serico duplo coloris viridis. Item antependia sunt unum ex burcatella novum, alterum ex serico duplo cum reticulis lineis, duo ex barchano florisato et duo vetera. Item albae sunt quinque, superpilicia duo, mappae altarium decem octo. Item libri ecclesiae habentur. Missalia romana duo, liber agendorum, graduale et antiphonarium impressa, psalterium vetus. Habet ecclesia pro fabrica vaccas undecem, a quibus per grossos duodecem annuatim solvitur. Item legavit anno praeterito tl. Catharina Skadzińska censum peremptionialem decem florenorum ducentis florenis in bonis villae Bobrowniki in ducatu seweriensi apud ti. Joannem Watkanowski emptum, prout ea de re testatur decretum in castro seweriensi de anno 1618 ante festum Natalis ad instantiam plebani moderni factum. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae convertuntur.

37v.

Huius ecclesiae est parochus Joannes Patricius, presbyter institutus, qui pro sua provisione habet imprimis agros in tribus campis distinctos, in primo loco incipiens ab ecclesia penes Skotnicam centum sulcos uno stadio currentes. In secundo loco ab ecclesia versus occidentem, ex altera parte Skotnica seu via, qua pecora aguntur, habet tria stadia agri latitudinis sexaginta sulcorum. In tertio loco dicto Pszcza versus Ozarowice habet duo stadia agri centum sulcorum singula et alia duo stadia per triginta sulcos late. Item habet ibidem in tertio loco agri particulam quinquaginta sulcorum in uno stadio et alios quinquaginta sulcos agri in duobus stadiis ibidem sitos, qui agri terminantur ad limites villae Myszkowice. Item habet pratum in fundo Ozarowice dictum Witomin. Item habet duas piscinas, unam desolatam et alteram reformatam in villa Sączow. Item habet decimas manipulares, primam de villa Sączow ex

agris praedialibus, quam decimat. Item habet decimam in deserta villa Lubinki ex agris cmethonalibus, quam decimat. Item ibidem ex uno stadio habet decimam Zapłocie dictam. Item ex villa Nadziszow ex omnibus agris habet decimam, quam percipit. Item habet decimam ex octo agris cmethonalibus, quam percipit. Item habet decimam ex Ozarowice de praedio unius floreni, similiter ex Myszkowice de praedio unius floreni pecunias. Item habet missalia in villis Sączow, Tomkowice, Ozarowice, Perzowice, Nowawieś a singulis cmethonibus per metretam unam, continentem quatuor wiertelos avenae tantum, idque mensurae seweriensis, quae efficiunt quinque maldratas, maldrata autem quadraginta octo wiertelos continet. Item ratione missalium siliginis ex villis Tomkowice et Perzowice accipit per duos florenos per decretum episcopi olim Petri Tilicki ab annis circiter octo latum. Item habet canapalium ex villis Sączow et Twardowice a cmethonibus per chinagam unam. Item habet ex villa Żędek grossos mensales necnon de molendinis in Ozarowice. Item habet domum pro residentia cum pomerio et horto. Habet quoque hortulanum unum. Item habet domum pro rectore scholae, cui parochus salarium solvit. Ad parochiam pertinent villae Sączow, Ozarowice, Tomkowice, Perzowice, Żędek, Nowawieś, Myszkowice, Piskorka sine Celiny.

Decretum reformationis

Tectum ambitus prope campanile innovetur. Vasculum ligneum pro venerabili Sacramento serico contegatur sacculusque rotundus vasculo respondens paretur. Stola ad bursam communionis infirmorum addatur, lucernaque in eundem usum ematur. Olea sacra non ex vicinis ecclesiis sed ex ipsa cathedra accipiantur, nec illis simplex oleum aliud misceatur. Panis pro hostiis candidior pinsetur formaque nova pro eo pinsando comparetur. Ferrum circulare paulo maius pro pinsandis hostiis paretur. Decretum castrense seweriense pro censu a pecunia ducentorum per dominam Skadzińska ecclesiae legato, similiter et decretum tl. olim Petri Tilicki episcopi cracoviensis super solutione missalium siliginis ex villis duabus per florenos duos ex actis describi et in librum seu inventarium ecclesiae memoria causa inscribi curet parochus una cum dote istius ecclesiae. Item situm et quantitatem agrorum decimandorum sicut alium et aliorum redditum, quae omnia ordinate describat hinc ad festum s. Michaelis proximum. De collectis ecclesiae ratio fiat quotannis dominica prima post festum s. Martini. Doctrinam christianam de sacramentis, praecipue de usu et utilitate extremae unctionis ex catechismo Concilii Tridentini saepe populo explicet et commendet. Datum in Sączów die ultima mensis iunii 1619,

k.138j

Villa Siemunia

Ecclesia parochialis murata tituli Omnium Sanctorum, consecrata, coemiterium habet muratum, in campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Tectum ecclesiae bonum, chorus ecclesiae hoc anno dilatatus, tabulatum in choro nondum est factum, fenestrae bonae. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris simplici, in quo pixis lignea cum vasculo simili venerabile Sacramentum continens, quod septimanatim renovatur, visa est. Habetur etiam pera cum stola pro communionem infirmis danda. Lucerna cum vexillo non habetur. Lampa ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum paucis sacris oleis ex villa Sączów acceptis et oleo oliva simplici pro maiori parte permixtis. Fons baptisterii lapideus cum pelvi et aqua munda clausus. Metrica utraque in libris ligatis scribitur. Altaria sunt tria murata, ex his maius, quod fuit consecratum, ex loco motus de consensu loci Ordinarii, quando ampliabatur chorus, est in eo portatile bonum. Alia quoque duo altaria non sunt consecrata.

Item visa est suppellex altaris. Corporalia quatuor, bursae sex, vela septem, lagenae pro vino stanneae, ferramenta pro panibus, ampullarum stannearum paria duo, turribulum cupreum. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei tres, crux argentea una, monstrantia cuprea cum radiis solaribus argenteis. Item visae sunt casulae. Coloris albi quatuor, duae ex adamasco, tertia ex se-

rico duplo, quarta ex tela argentea cum lineis, item coloris rubei duae, una ex adamasco, altera ex camelloto, item coloris violacei tres, una ex adamasco, altera ex serico villosa, tertia ex serico duplo, item coloris nigri duae, una ex muchaiero, altera ex forstato. Item pluvialia sunt duo, unum ex camcha rubea et viridi, altera ex serico plano floriso in fracto viridi. Item antependia sunt octo, duo ex pellibus deauratis, tria ex duplo serico plano vetera et tria ex muchaiero itidem vetera. Item albae sunt quatuor, superpilicia tria, mappae altarium viginti novem. Item ostensi sunt libri ecclesiae. Missalia romana duo, liber agendorum, graduale et antiphonarium impressa, psalterium manu scriptum. Habet haec ecclesia pro fabrica vaccae sex, a quibus per grossos duodecem annuatim solvitur. Collectae scribuntur, de quibus ratio fit semel in anno.

Huius ecclesiae est plebanus Valentinus Nicocius, presbyter institutus, qui pro sua provisione habet imprimis agros ad tres laneos aestimatos in tribus locis iacentes. In primo loco incipiunt post domum plebanalem et terminantur ad tabernam villae, dividunturque in tres niwas, quarum prima est duorum stadiorum, latitudinis quadraginta sulcorum, altera unius stadii, lata viginti sulcos, tertia similiter unius stadii, latitudinis viginti sulcorum. In secundo loco, dicto Podemtyny, tres similiter niwas, quae protenduntur quindecim stadiis, latitudinis quadraginta sulcorum, incipiunt a loco dicto Popia Górka, determinantur ad agros molendini. In tertio loco habet niwam quadraginta sulcorum, quae protenditur uno stadio a via, quam ducit in molendum et terminatur ad locum Dąbrowa dictum. Item habet decimas manipulares, primam ex agris praedialibus et cmethonalibus villae Siemunia, quam decimat, item ex villa Twardowice ex agris praedialibus, quam decimai, item decimam de villa Brzynkowice ex agris cmethonalibus et hortulani unius, quam decimat, item ex certis agris villae episcopalis Gora habet decimam, ex certis vero pro castro seweriensi decimat. Item ex certis agris praedialibus villae Strzyżowice, quam decimat. Item ex villa Rogoźnik ex certis agris et itidem ex villa deserta Gaworzyce, quas decimat. Item ex villa Psary Episcopales habet decimam, quam duobus annis percipit, tertio autem anno campi non seminantur. Item habet decimam ex villa Sączow ex quatuor stadiis dictis Poświętne, quam decimat. Item habet missalia ex Twardowice sex metretas avenae, a villa Gora de cmethonibus episcopalibus quatuor metretas avenae, ex villa Rogoźnik tres metretas avenae, item ex villa Dobieszowice per coretum unum a singulis cmethonibus. Item habet duo prata et unum hortulanum habentem agros in Brzynkowice, qui duos dies in septimana curru vel aratio laborat. Item habet domum pro residentia cum horto et aliam pro vicario necnon pro rectore scholae cum horto, quibus parochus salarium solvit. Ad parochiam pertinent villae Siemunia, Rogoźnik, Twardowice, Gura, Brzynkowice, Dobieszowice et aliquot molendinorum villarum.

Decretum reformationis pro eadem parochiali

Lacunar in choro ex asseribus quamprimum ponatur. Pavimentum inaequale complanetur. Lucerna pro communiione infirmis deferenda ematur. Gradus ante altare maius lapide aequali et supra asseribus sternantur. Olea sacra haec quae habentur, cum in illis plus sit olei olivae quam consecrati, ex chrismale reponantur et pro novis ad cathedralem statim mittatur fidus portitor, quae posteaquam aliata fuerint, vetera comburantur et in posterum non ex vicina ecclesia sed ex ipsa cathedrali tempestrim accipiantur. Velum violacei coloris ematur. Confessiones in sacrario non audiantur. Calix in labio fractus reparetur. Casulae albae reficiantur. Liber agendorum et graduale de novo compingatur. Velum super feretrum omnino coloris nigri habeatur, necnon baldachim, uti in visitatione anni 1602 iussum fuit. Qua omnia curet exsequi parochus sub poena arbitraria in executione visitationis iam in futura visitatione exigenda. Duos subditos Kosmala et Slusarz, qui viventibus prioribus uxoris alias super induxerunt, ad haeredem loci et in despectu administratae iusti-

tiae etiam ad dominum capitaneum in Siewior, quatenus se expurgent vel alio commigrent. Datum Siemunia die 1 iulii 1619.

Villa Kamień in dominio Bythomiensi

Ecclesia parochialis murata tituli sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, consecrata, iurispatronatus domini Kamiński, villae haereditis. Coemiterium habetur muratum. Tectum ecclesiae mediocriter bonum. Fenestrae non mala. In campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, in quo in pixide cuprea et vasculo sericeo venerabile Sacramentum repertum est, quod in quindena renovatur. Habetur et bursa decens ex panno aureo pro communione infirmorum, necnon lucerna sine voxillo. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum sacris oleis ex Sączow acceptis et oleo olivarum simplici pro maiori parte permixtis. Fons baptismalis lapideus cum pelvi et aqua munda, sine piscinula, clausus. Metrica baptisatorum et matrimonia contrahentium in libris ligatis scribitur.

Item visa est suppellex ecclesiae. Corporalia sex, vela sex. Lagena pro vino stannea. Ferramenta pro panibus, ampullarum stannearum paria duo, turribulum cupreum. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei duo, monstrantia argentea tota noviter facta, valoris tredecem marcarum cum dimidio. Item corona aurea ad praedictam monstrantiam gemmis distincta. Crux argentea. Item visa sunt altaria tria murata. Duo ex his, scilicet maius et aliud ad latus Epistolae tabulas et sepulchra habent integra, tertium non consecratum. Item visae sunt casulae. Una ex panno coloris rubei, altera ex burcatella coloris rubei et albi, tertia ex burcatella coloris est flavi, quarta ex burcatella rubea et flava, una ex serico villosa coloris cerasini, duae coloris nigri, una ex cannavaca, altera ex muchaiero. Item pluviale habetur unum ex adamasco coloris rubei. Item antependia sunt, unum ex burcatella rubea et alba novum, tria ex barchano cum reticulis lineis et duo vetustiora. Item albae sunt quatuor. Superpelicia duo, mappae altarium duodecem. Habetur et velum super fere-trum defunctorum ex tela nigra. Non habet haec ecclesia vaccas aliquas pro fabrica nec legata aliqua. Collectae scribuntur, de quibus ratio fit semel in anno.

k.139v.

Huius ecclesiae est plebanus Iosephus Ozdobius, presbyter, de anno Domini 1612 institutus a tl. olim Petro Tilicki, episcopo cracoviensi, idque post longam huius ecclesiae vacationem, nam fere a centum annis legitimo pastore carebat. Praesentatus est autem a domina Anna Kamińska de Przyszowice et a Joanne Kamiński de Świętochłowie haeredibus. Habet autem plebanus pro sua dote agros in tres campos distinctos iuxta descriptionem in visitatione tl. olim domini Kazimierski visitatoris factam, in qua situs et quantitas agrorum plebanium descripta est, in eiusque possessione pacifica plebanus modernus suprascriptus est. Unicus tamen arvus agri penes agros praediales villae Kamień circa limites villae Dąbrówka, qui ibi non est scriptus, ad plebanum pertinet, quem plebanus ad seminandum conduxit duobus taleris in annum. Item habet decimas manipulares, primam ex praedio villae Kamień, quod olim in dua praedia erat divisum, nunc vero in unum reductum, quam decimat. Item habet decimam manipularem ex villa Koszęcin, quae cum iniuria plebani septem tantum talaris redimitur. Habet autem plebanus pro eiusmodi decima donationem Pauli episcopi cracoviensis de consensu tl. capituli factum et ad acta Officialatus Cracoviensis die iovis nona mensis martii 1527 ingrossatam. Donatio autem ipsa facta est de anno Domini 1277. Item habet missalia in villa Kamień et Brzozowice a singulis cmethonibus metretam siliginis et totidem avenae. Licet in Brzozowice quidam minus quidam plus dant. Item habuit plebanus ex scultetia in Kamień missalia tres metretas siliginis et totidem avenae, in quorum locum tl. dominus Wenceslaus Kamiński, modernus villae haeres pro sua in Deum et servos eius pietate decimam manipularem ex agris advocati concessit et publicis tabulis idipsum confirmare consensit. Item habet do-

40r.

mum pro sua residentia cum horto. Habet etiam liberum ius piscandi in flumine Brynica Silesiam a Polonia dividente. Ad hanc parochiam pertinent villae Kamień, Bobrowniki, Brzozowice, Zychcice. Est etiam intra limites eiusdem parochiae capella in villa Bobrowniki. Capella tituli s. Laurentii, dotem nullam habens, fuit antea consecrata, sed per sepulturam cuiusdam pueri haeretici uti dicitur prophanata. In qua ex indulto loci Ordinarii aliquoties in anno, praecipue die s. Laurentii, sub cuius nomine capella erecta est, missae celebrantur. Pro cuius quidem capellae fabrica tl. olim domina Skidlińska legavit censum florenorum quinque in villa Bobrowniki, ducatus seweriensis, inscriptum et decreto capitanei seweriensis de dato feria secunda ante festum Purificationis BMV. in anno praesenti 1619 adiudicatum.

Decretum reformationis

Fons baptismalis firmius in pede statuatur. Piscinula in pede fontis excavetur. Sacculus pro venerabili Sacramento ex tela alba minime serico exacte picta habeatur. Ferrum maius circulare pro scindendis hostiis ematur. Olea sacra haec quae habentur, cum in illis plus sit olei olivae non consecratae, ex chrismale reponantur et pro novis ad cathedralem statim mittatur fidus portitor, quae postquam aliata fuerint, vetera comburantur et in posterum non ex vicina ecclesia sed ex ipsa cathedrali tempestive accipiantur. Textura seu vestis aestiva, Letnik dicta, a domina olim Skidzińska legata, si quidem angusta nimis est, vendatur et pro ea ad baldachimum pro venerabili Sacramento materia ematur. Caetera diligentiae domini Plebani committuntur. Gradus quoque superior altaris maioris ad medium ulnae dilatetur. Datum in Kamień die 1 iulii 1619.

Villa Charzow

140v.

Ecclesia parochialis murata tituli s. Mariae Magdalенаe, consecrata, iuris-patronatus Conventus Miechoviensis. Coemiterium est muratum, in campanili sunt duae companae, tertia signans in ecclesia. Tectum ecclesiae bonum, chorus testudine clausus. Lacunar ex asseribus pictis. Fenestrae bonae. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, in quo inventa sunt duo vascula, unum argenteum, alterum stanneum, in utroque venerabile Sacramentum depositum, quod saepe renovatur, in vasculis mundis visum est. Habetur etiam bursa pro communione infirmis deferenda. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum sacris oleis ex cathedrali uti dicitur acceptis. Fons baptismalis lapideus cum pelvi et aqua munda, clausuram non valde firmam habens. Metrica utraque in libro ligato scribitur. Altaria sunt tria murata, consecrata, sed unum in cornu Epistolae versus altare maius, in quo chrisma cremabatur, habet tabulam fractam.

Ostensa est suppellex altaris. Corporalia decem, vela ultra decem, lagena pro vino stannea, ferra pro panibus ampullarum stannearum paria duo, turribulum cupreum. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei quatuor, ex his duo deaurati, monstrantia argentea locatim deaurata. Crux una argentea maior in pede arco deargentato, crux altera parva argentea tota, par unum ampullarum argenteorum. Item ostensae sunt casulae. Coloris albi tres, una ex teleta florisata, altera ex adamasco, tertia ex burcatela alba et rubea. Coloris rubei tres, una ex adamasco et duae ex camcha veteres. Coloris viridis duae, una ex adamasco nova, altera ex camcha, coloris nigri una ex forstata. Item pluvialia habentur duo, unum ex hatlaselo rubeo, florisato, alterum ex brocato coloris violacei. Item antependia sunt quatuor, unum ex serico plano flavo et viridi per partes, alterum ex pellibus inauratis et duo ex tela picta. Item albae sunt sex, superpilicia tria, mappae altarum quindecim, habetur et velum coloris violacei super feretrum mortuorum. Item libri ecclesiae sunt missalia duo romana, liber agendorum, graduale, antiphonarium et psalterium nova impressa. Non habet haec ecclesia vaccas aliquas pro fabrica, habet tarnen agrum quendam decem fere stadiorum longum et latum quinqua-

ginta ferme sulcorum, nondum tarnen totum extirpatum. Hic locatus est ad praesens Valentino Kołodziej, vitrico ecclesiae, ex quo annuatim solvit ecclesiae 24 grossos. Prohibatur tarnen a praeposito, ne sibi plus usurpet contra consuetudinem antiquam et privilegium sibi a conventu concessum. Legavit etiam Joannes Bar de Bytkow centum taleros ecclesiae huic, sed necesse est, ut iure repetantur coram praefecto Bythomiensi.

Huius ecclesiae est rector Joannes Bratkowski, conventus miechoviensis professus ab tl. olim Petro Tilicki, episcopo cracoviensi, institutus. Habuit autem haec ecclesia, in qua monasterium cum hospitale exstrui debebat, pro dote duas villas Chorzow et Krasny Dąb, prout ex privilegio ducis Bohemiae de anno 1300 colligitur, verum de consensu et ratihabitione episcopi cracoviensis praedictum hospitale in suburbium Bythomiense est translatum una cum sua dote. Hinc capella s. Spiritus est fabricata, cui amplior dos est concessa, videlicet villa Dąb, item molendinum ante oppidum Bythom et tres lanei agri inter agros oppidanearum Bythomiensium pro praedio praepositi et fratrum conventi, prout ea omnia sub sigillo caesariae majestatis Rudolphi II exhibita sunt. Habet itaque haec ecclesia una cum capella supradicta dotem communem. Teneturque praepositus et huius ecclesiae onera et hospitalis pauperumque iustum gerere. Sunt autem in villa Charzow 28 cmethones. Erant et quatuor sculteti, sed tres ex illis iure mediante sunt loco moti, ita ut non sint amplius sculteti, sed censum praeposito a singulis omnibus annuatim solvunt et duas vecturas annuatim pro sale ad fodinas wielcienses faciunt. Similiter et ad monasterium Miechowiense bis in anno cum curru proficisci tenentur. Item a piscinis singulis tenentur dare praeposito per duos florenos. In villa autem Dąb sunt duo sculteti. In villa autem Charzow solvunt coloni praeposito per 18 grossos et capones duos, ex villa vero Dąb, in qua sunt decem cmethones, solvunt pro censu et laboribus viginti marcas et capones duos. Item habet praepositus domum cum horto pro sua residentia et aliam pro vicario seu socio, necnon domum pro rectore scholae, cui praepositus mercedem solvit et victum dat. Ad hanc parochiam pertinent villae praepositi haereditarii Charzow et Dąb.

k.141r

Capella hospitalis s. Spiritus prope portam civitatis Bythomiensis extra muros.

Tectum capellae bonum, coemiterium septum, est una signans campana. Fenestrae bonae. Sunt altaria tria murata, consecrata. Non asservatur venerabile Sacramentum in capella propter periculum a haereticis. Apparatus huius capellae asservantur in villa Charzow vicina, in sacristia parochialis ecclesiae, cuius idem est rector, qui et praepositus capellae. Habetur tarnen unus calix in sacristia argenteus et casulae tres, una ex camcha rubea, altera ex serico plano viridi, tertia coloris nigri ex muchaiero, antependium unum ex pellibus inauratis et quatuor vetera, mappae aliquot et missale. Huius capellae est praepositus Joannes Bratkowski, conventus miechoviensis professus constitutus idem qui et in Charzow villa, cuius dos communis est cum hac capella, uti supra descriptum est. Tenetur autem praepositus in hac capella duas missas legere in septimana, feria quarta pro peccatis et feria sexta de passione Domini. Est pauperum hospitalis, cuius domus ibi vicina est, curam gerere. Sunt autem in hospitali ad praesens decem pauperes, quibus praepositus seu magister hospitalis dat singulis annis quatuor metretas siliginis, duas metretas avenae, duas metretas ciceris, mediam alteram metretam hordei, milii unum wiertelum, unum wiertelum pisorum, duodecem currus lignorum, straminum avenae unam cassulam et pro quatuor festis singulis sex grossos.

k.141v

Decretum reformationis pro parochiali in Charzow et pro hospitali s. Spiritus in suburbio Bythomiensi.

Quod in superiori visitatione priori paroco iussum fuit necdum factum, omnino fiat infra sex menses minimum, ut pixis argentea pro venerabili Sacramento ematur et confessionalia duo statuatur sub poena arbitraria tl. loci

Ordinario pendencia. Ciborii summitus cum cruce inaurata ponatur neque imaginibus tabernaculum ciborii amplius contegatur. In seriniolo ligneo, in quo sunt profanae imagines pictae, venerabile Sacramentum non asservetur, nisi quam primum serico tectum fuerit, sed neque in vasculo stanneo, quod salino simile est, cuius loco rotundum vasculum serico obductum habeatur. Dies renovationis venerabilis Sacramenti in tabula scribatur, Sacramentum vero singulis septimanis renovetur. Stola ad bursam communionis infirmorum lacera in fine vel reficiatur vel nova adsuatur. Fons baptismalis novus ex lapide cum sua basi statuatur, in eiusque pede piscinula excavetur. Metrica utraque iuxta formam solitam scribatur manu presbyteri baptisantis et matrimonium confirmantis. Cubiculi vicarii, quae desunt fenestris, addentur. Olea sacra vicinis ecclesiis non dentur. In concione diebus dominicis ultra orationem dominicam etiam symbolicum quoque fidei cum parochianis recitetur. Quia vero rector ecclesiae idem est et capellae ad portam Bythomiensem, praepositus pauperes adminus decem, prout a viginti annis omnino fruentur, in postremum foveat, illisque paterne de victu ut moris est provideat, ut autem ex caritate pensio viginti quinque talerum annue et alia ipsis debita solventur, quantum in illo est, curet. Datum in Charzow die 2 iulii 1619.

Ecclesia s. Margarithae in campo prope Bythom

42r. Ecclesia parochialis lignea ordinis Premonstratensis in campo extra civitatem Bythom, vetustissima in horas iam collabens parietibus profunde in terram defixis, in qua sine periculo vix possunt sacra celebrari. Haec ecclesia sub titulo s. Margarithae constituta est. Tectum ecclesiae non malum. Coemiterium septum. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, in quo in pixide cuprea continente operculum ligneum venerabile Sacramentum asservatur saepiusque renovatur. Chrismale stanneum cum oleis sacris ex villa Charzow acceptis. Fons baptismalis lapideus, clausus, cum pelvi et aqua munda. Metrica utraque scribitur. Altare maius muratum consecratum, duo alia destructa.

Item visa est supplex altaris, corporalia tria, vela quinque, lagenae pro vino vitreae, par ampullarum stannearum, ferramenta pro hostiis non habentur. Item visum est argentum ecclesiae, videlicet calices duo argentei, ex parte deaurati. Casulae habentur quatuor, una coloris albi ex serico plano, altera ex adamasco violaceo in fundo nigro, tertia ex camcha vetus, quarta coloris nigri. Pluviale nullum, antependium unum pro maiori altari, albae tres, mappae altaris tres, missale et liber agendorum.

Huius ecclesiae ex permissione uti abbatis ad s. Vincentium conventus wratislaviensis est plebanus Bartholomeus villicus ab annis decemotto uti creditur institutus, qui in visitatione non comparuit. Commendam vero ecclesiae religiosi ordinis conventualium dictorum ab tl. episcopo ad tres vel sex annos habent, videtur. Ipse autem parochus Wratislaviam discesse dicitur, ut in causa reparandae ecclesiae cum abbate consilia communicet. Habet autem haec ecclesia dotem in superioribus visitationibus descriptum, iuxta quam descriptionem possidet agros, eosque modernus parochus in arendam dedit taleris sexaginta annuis una cum prato et piscinis et cum horto penes domum propriam. Item habet molendinum in una piscina, ex quo singulis hebdomadis datur coretus unus farinae siliginis, pro festis vero paschalis et natalis Domini dantur duo coreti farinae triticeae. Item habet domum pro sua residentia. Domus pro rectore scholae non habetur. Item habet quatuordecim decimas manipulares, id est ex utraque Swiętosławice, Rokitnice, Piekary, ex Dąbrówka, ex Żychcice, ex Biernatowice, Milowice, ex Dąbrówka Polonica, ex Mikulczyce, ex utraque Bytkow, ex Orzegow in dominio Bythomiensi et ex Bobrowniki in ducatu Seweriensi villis, in quarum usu et possessione ad praesens non est parochus sive praepositus. Item habet decimas manipulares ex agris civium Bythomiensium necnon anteopidarum et villarum Łagiewniki, Sambierki, Chropaczow, Bobrek, Miechowice et Brzozowice, ex quorum singulis laneis

pro decima unum fertonem latorum grossorum; ex quibusdam etiam per octo et sex grossos accipit vigore concordiae de anno Domini 1490 ad acta consistorii Cracoviensis ingrossatae.

Memoriale ex visitatione pro ecclesia s. Margarithae ad civitatem Bythom in campo sita, die 2 VII 1619. Si quidem ecclesia haec non tam reformatione quam demolitione aedificii renovanda est, ideo moneatur parochus, ut ab tl. episcopo cracoviensi quamprimum consilium petat, quid facere expediat et quis ad ecclesiam reaedificandam cogi debeat in casu praesenti, quando parochiani haeresi sunt infecti. Abbas vero s. Vincentii ordinis Praemonstratensis conventus Wratislaviensis patronus cum suo conventu nihil fere minus quam ecclesiae restorationis cogitat, cuius dos satis sufficiens ab ipsis fuit possessa et forte aliqua ex parte alienata. Literas ordinationis et institutionis suae parochus in executione visitationis praesentis ostendere causamque absentionis suae iustificare tenebitur sub poena arbitraria illius et tl. loci Ordinarii. Hoc autem scriptum religiosus pater Petrus Nolski ordinis Minorum guardianus, qui ecclesiam habet commendatam, quamprimum transmittat domino parodio, copia eius in sacristia penes rectorem scholae relictis et in librum ecclesiae redactis.

Villa Michałkowice

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Michaelis Archangeli, consecrata, iurispatronatus tl. Joannis Miroszewski. Coemiterium habet septum. Tectum ecclesiae bonum. Ossarium male tectum. In campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Fenestrae bonae. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris. Venerabile Sacramentum in pixide cuprea et vasculo argenteo, alioque stanneo repertum est, cuius renovatio adhuc die septima facta est. Habetur etiam bursa pro communione infirmorum. Lucerna non habetur. Lampas ante ciborium ardet. Fons baptisterii lapideus cum pelvi et aqua munda, clausus. Chrismale est stanneum cum sacris oleis ex Mysłowice acceptis. Metrica utraque in libris ligatis scribitur. Altae sunt tria murata, ex his maius consecratum. Habetur etiam unum portatile certum.

Visa est suppellex altaris. Corporalia tria, bursae duae, vela quinque. Lagenae pro vino vitreae. Ferramenta pro hostiis conficiendis. Ampullarum stannearum par unum. Turribulum cupreum vetus. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei tres, locatim deurati. Crux argentea nova lapidibus boemicis octo maioribus exornata. Item monstrantia argentea nova, locatim deaurata, cum armis Jastrzębiec domini Christophori Miroszowski, una cum corona aurea gemmis distincta, habente anulum aureum cum rubino insutum. Item par ampullarum argentearum. Item ostensae sunt casulae. Coloris albi una ex adamasco, coloris rubei quattuor, una ex panno aureo, altera ex adamasco, tertia ex camelia et quarta coloris latericii ex adamasco, coloris viridis duae ex serico duplo. Item coloris violacei duae, una ex adamasco, altera ex cabino. Item coloris nigri una ex serico villosa. Item pluvialia duo, unum ex camelia rubea, alterum ex camellato coloris violacei. Item antependia sunt quatuor, unum ex brocato coloris viridis, alterum ex serico duplo rubeo, tertium ex serico rubeo et albo per partem, quartum ex serico villosa viridi et violaceo per partes. Item albae habentur septem. Superpilicia duo. Mappae altarium quadraginta habentur et velum super feretrum mortuorum ex tela nigra et aliud ex serico villosa coloris nigri. Item visi sunt libri ecclesiae. Missale romanum, liber agendorum, graduale, antiphonarium et psalterium impressa, nova. Habet haec ecclesia vaccas duodecem pro fabrica, a quibus per grossos octo annuatim solvitur. Generosa Hedwigris Miroszowska ex septem millibus florenorum dotalicii sui legavit huic ecclesiae pro fabrica florenos centum, pro plebano ducentos et pro rectore scholae quinquaginta florenos, qui debent solvi ex bonis Michałkowice, Siemianowicé et Bangow. Debit autem ex illis emi census reemptionales pro fabrica, plebano et rectore scholae. Tenebitur autem plebanus semel in septimana die sabbati missam de

k.142r

k.143r

BMV. legere cum collecta una pro peccatis, altera pro defunctis. Rector autem scholae tempore missae eiusdem debet canere litanias Nominis Jesu et BMV. Item eadem domina Miroszewska legavit pro hospitali in Michałkowice florenos ducentos cum conditione, de qua in testamento, quod hospitale nondum est erectum. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae dispensantur. Legavit quoque supradicta domina Miroszowska ex eodem dotalicio suo pro pueris orphanis, qui studia dare operam voluerint in schola Michałkowicensi.

Huius ecclesiae est parochus Felix Wendrich, presbyter, institutus, qui pro sua provisione habet imprimis agros in tribus locis sitos. In primo loco versus Bytom habet laneum, in quo stadia quinque, quodlibet continens in se sulcos octo et iuxta hunc laneum habet stagnum. In secundo loco, ad montem dictum Zdalna Góra, habet tria stadia agri, latitudinis octo sulcorum. Et ibidem versus Dąbrówka quinque stadia, latitudinis singula duodecem sulcorum. Item versus Bangow habet laneum agri duorum stadiorum latitudinis quatuor sulcorum. In tertio loco habet laneum versus Czeladz quatuor stadiorum, latitudinis quinque sulcorum. Et ibidem ad locum dictum Oczupiąt habet laneum quinque stadiorum, latitudinis quatuordecem sulcorum. Item habet laneum agri iuxta hortos cmethonum quatuor stadiorum, latitudinis quinque sulcorum. Item habet decimas manipulares, primam ex praedio villae Michałkowice, quam decimai, quae tarnen integra illi non extraditur a haeredibus. Item a tabernatore ibidem in Michałkowice habet decimam ex uno laneo Dworski Szeroki Łon et ab eodem ex altero laneo versus Bangow, quas decimat. Item habet decimam ex certis agris hortulanorum ibidem, quam decimat et ab iisdem hortulanis singulis dantur sex grossi plebano pro festo s. Martini, idque ratione hortorum, quos habent in agro praediali. Item habet decimam manipularem in villa Bitkow ex uno agro praediali, dicto Piwniczyska, et ex certis cmethonalibus, quam decimat. Item habet missalia a viginti et uno cmethonibus in Michałkowice per unam metretam siliginis et unam avenae. In Macieikowice septem metretas avenae, similiter in villa Bitkow etiam septem metretas avenae. Item habet pratum circa domum plebanalem. Item habet censum trium talerorum pro festo s. Martini in bonis Bangow, ratione cuius tenetur singulis feriis sextis legere missam pro fundatoribus defunctis. Item habet domum pro residentia cum pomario et horto et particulam agri, dictam Klin, iuxta mensuram hortorum cmethonalium. Habet etiam domum pro rectore scholae cum horto et agro versus Bangow quinque stadiorum, latitudinis duodecem sulcorum. Item habet plebanus decimam manipularem ex praedio villae Macieikowice et ibidem a sculteto et ex certis agris cmethonum, quam decimat. Similiter unam marcām pro rectore scholae habet a cmethonibus ibidem. Item habet plebanus pratum in Michałkowice iuxta domum hortulani dicti Pieczyk. Ad parochiam pertinent villae Michałkowice, Macieikowice, Bitkow et Bangow.

Decretum reformationis pro eadem parochiali

Coemiterii pars scandulis tegatur et ossarii tectum innovetur. Panis ex farina mundiori pinsetur. Lucerna pro communiōne ad infirmos deferrenda habeatur. Piscinula in pede fontis ad abluendas post baptismum manus excavetur. Olea sacra non ex vicinis sed ex cathedrali ecclesia accipiantur, nec eis simplex oleum olivae misceatur. Venerabile Sacramentum in sacculis linteis serico minime pictis asservatur. Velum violacei coloris et lagena stannea ematur. Legata a domina Miroszowska repetantur et pro emendo censu convertantur. In conclone diebus dominicis Pater Noster, Ave Maria et Credo cum populo a parochio recitetur. Decalogus quoque canatur. Cetera diligentiae domini Plebani committuntur. Datum in Michałkowice die 2 iulii 1619.

*Oppidum Wozniki*¹⁰

k.144r.

Post mortem nobilis Georgii Kochcicki uxor eius Gośławska, mulier haeretica, fovet ministrum haeticum, tarnen ex Kozięgłowy oppido sacramenta ibi administrantur et in villa similiter Psary.

Villa Zyglin

Ecclesia parochialis lignea titilli Nativitatis BMV. prophanata, iurispatronatus legis Bohemici ad primum aut domini Kamienicki villam hanc iure pignoris in certa pecuniae summa tenentis, in dominio Bythomiensi. Est ibi quidam haeresiarcha iuvenis incerti nominis, scholaris. Retulit parochus in Michałkowice eundem ministrum epilepsiam passum in conclone ex ambona decidisse.

Villa Kochlevice

Capella ibi est tituli sanctissimae Trinitatis infra Parochiam Bielczowice ab annis circiter triginta, non consecrata. Dicitur autem a tribus annis ab haeticis esse receptam favente factore castris Swierklinensis Marchionis Brandenburgensis. Est ibi quidam sacerdos apostata, qui defecit a fide catholica et ab ordine in gratiam supradicti factoris Petri Bernad dicti, qui apostata in eadem capella vexilla confregit et ciborium destruxit et imagines quasdam concussit et eiecit. Retulit parochus in Michałkowice infra scripto: Dicitur quendam ministrum post eiectionem imaginum in ecclesia in ecclesiam inductum altera die mortuum esse.

Villa Paniowy

Villa haec pro una medietate est in dominio Bythomiensi, pro altera in Pszczynensi. Haeredes villae domini Rogojscy et Petrus Bujakowski, qui fovent presbyteros amovibiles, quando illis collibuent et ad plurimum apostatas. Vult tarnen Bujakowski conferre ecclesiam catholico sacerdoti, alter autem cohaeres haeticus vult habere ministrum et eo nomine litigant coram officio Bythomiensi.

Villa Biskupice

Ecclesia parochialis lignea haeredis villae Venceslai Gieraltowski, fere prophanata. Administratur per quendam Casparem apostatam, qui antea fuit in Glewice, qui sub utraque specie communionem distribuit, habet uxorem et ibi a quatuor annis manet, ordinis praemonstratensium conventus Gradecensis

Villa Mikulczyce

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Laurentii, consecrata. Villam hanc ad praesens domina Stadnicka, Stanislai Stadnicki nuper occisi, nunc vero domini Poniażkowski uxor possidet. Administratur per quendam Casprum Skaminensem, qui ab annis octo fuit plebanus in Lynce, decanatus Skaminiensis. Idem sub utraque specie communionem dat et dicitur habere uxorem.

k.144v.

Villa Miechowice

Ecclesia parochialis semiprophanata, iurispatronatus dominorum Suchodolskich, administratur per apostatam monasterii s. Crucis Montis Calvi, qui etiam sub utraque specie communionem distribuit. Habitum religionis inferiorem tantum defert, externus autem Ciemaram gestat.

Villa Repti

Ecclesia parochialis murata. Haeres villae dominus Blaustin. Administratur per apostatam ordinis Praedicatorum, cuius nomen nescitur. Dicitur ex civitate Opoliensi a duobus annis huc venisse in locum alterius apostatae ordinis Praedicatorum ibidem mortui. Ad hanc ecclesiam pertinet decima ex villa Bis-

¹⁰ Woźniki podane zostały już raz za protokołem z parafii w Kozięgłowach.

kupice, tl. regis Poloniae per decretimi regis ante annos quindecim dispositioni episcopo cracoviensi adjudicata, donec haec ecclesia ad catholicae romanae fidei veritatem non redierit.

Villa Tarnowice

Ecclesia parochialis murata, multorum haeredum, prophanata. Est ibi quidam Andreas subdiaconus ab annis duobus, qui antea in Wozniki ministrum agebat. Homo pessimae famae, qui etiam dicitur abduxisse puellam cuiusdam ferricudinae magistri Niwka dicti, cum qua matrimonium contraxit.

Civitas Gori Tarnowskie

Ecclesia murata, haeretica a prima fundatione, de qua in actis Tomicii quaedam leguntur. Est etiam altera synagoga penes eandem, ubi sepeliuntur haeretici, utraque administrantur per haeresiarchas duos, germanum et polonum.

• *Villa Radzionkow*

145r. Ecclesia parochialis murata, prophanata. Haeres villae Venceslaus Hernik, circa quam fovet ministrum Matheum, filium sculteti ex Piekary, habentem uxorem, magnum in sanctos blasphemum.,

Villa Piekari

Ecclesia parochialis lignea, tituli s. Bartholomaei in dominio Bythomiensi, prophanata. Est ibi quidam Andreas, calvinus, Pscinensis ex Szczekociny, ubi scholarem agebat, ibi commigravit et ministri officium ibidem exercet. Dominus villae est Marchio-Brandtburgensis factor castri Swierklinensis, fovet ibi haeresim sicuti et in suprascriptis villis in dominio Bythomiensi.

Villa Bogucice

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Stephani Martyris, consecrata, iurispatronatus haeredum oppidi Mysłowice. Coemiterium septum, in campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Tectum ecclesiae non malum, fenestrae bonae. Ecclesiae lacunar humile pictum. Venerabile Sacramentum in tabernaculo altaris maioris in pixide cuprea et vasculo stanneo recens visum est. Habetur etiam bursa cum stola pro communionem infirmorum. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum paucis oleis ex Mysłowice acceptis. Fons baptismalis ligneus cum pelvi et aqua munda, clausus. Metrica baptisatorum et matrimonium contrahentium in quinternionibus insutis scribitur. Altare maius est muratum, non consecratum, super quo habetur portatile bonum, certum.

145v. Item visa est suppellex altaris. Corporalia tria, bursae duae, vela quatuor, lagenae pro vino stannea, ferramentum pro panibus, par ampullarum stannearum. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei tres, ex his unus deauratus, monstrantia argentea, in pede cuprea, cum melchisidech deaurato. Est cum praefato calice deaurato a domina Kamienicka data. Item crux una argentea. Item visae sunt casulae. Una ex tabino floriato cum argento, altera ex tela argentea cum lineis, tertia ex camcha rubea et flava, quarta ex muchaiero coloris violacei et una ex muchaiero nigro. Item una de serico duplo flavo et rubeo. Item pluviale unum ex barchano. Item antependia quatuor, unum ex serico coloris rubei, alterum ex pellibus inauratis, tertium ex muchaiero, quartum ex serico rubeo et viridi per partes. Item albae habentur tres, superpilicium unum, mappae altarium novem. Habetur et velum super fere-trum mortuorum. Item libri ecclesiae sunt missale romanum unum, graduale novum, psalterium impressum, antiphonario caret. Habet haec ecclesia vaccas pro fabrica sex, a quibus per grossos duodecem annuatim solvitur. Ratio facta fuit de collectis anno praeterito. Ad praesens in cista ecclesiae sunt octoginta floreni. Item sunt pro fabrica ecclesiae duae partes agri: Tomachows-

ka et Kędzierska, a quibus per triginta sex annuatim solvitur. Item est pratum ecclesiae, Stawiska dictum, ex quo grossi duodecem dantur.

Huic ecclesiae est parochus Joannes Suchacki, presbyter institutus, qui pro sua provisione habet imprimis agrum penes villam in Milowice, longitudinis octo stadiorum et eiusdem latitudinis. Item habet circa limites villae Siemianowice laneam agri parvum, longitudinis septem stadiorum, latitudinis viginti sulcorum. Item habet silvam seu virgullam ad tres vel quatuor stadia protensam, adiacentem agris plebanalibus. Item habet pratum penes virgullae pratum. Item habet piscinas duas. Item habet ex molendino dicto Stary census quolibet anno duo taleros et coretum farinae mundae triticei et duos gallos pro festo Nativitatis Domini. Item habet duos hortulanos habentes paucos agros, quibus noviter aedificata sunt domuncula. Item habet missalia ex villis Bogucice et Załęże a singulis cmethonibus mediam metretam siliginis et mediam avenae. Item ab uno sculteto in Załęże et ab altero, qui vocatur Wolny, per unam metretam siliginis et alteram avenae. Item ex officina ferri, Bogucka dicta, habet unam metretam siliginis et alteram avenae. Item in Bogucice habet ex taberna census vocatum Czopowe ab uno vasculo grossum bohemicum. Item in villa Katowice a 14 hortulanis habet census annum per duodecem grossos et ab aliis quatuor per sex grossos. Item habet domum pro residentia cum horto et aliam pro rectore scholae, habente clericaturam a parochianis per tres grossos a cmethonibus et per unum curram lignorum. Ad parochiam pertinent villae Bogucice, Załęże et nova villa Katowice. Item habet plebanus taleros sex per 36 grossos computatos census reemptionis per dominam Catharinam Salomonowa super ferricudina Bogucka, iscriptum et pro festo Visitationis BMV. solvi solitum, prout id per privilegium cum sigillis novem pendentibus, datum in pergamento scriptum de anno 1616 authentice exhibitum, ostensum est. In casu vero, si — quod absit — ecclesia haec per haeresim prophanata fuerit, praedictus census cum summa capitali per eandem dominam Salomonowa assignatus est pro medietate fratribus praedicatoribus ordinis s. Dominici in Oświęcim et fratribus ordinis Minorum Conventualium in Bythom. Est etiam circa hanc ecclesiam capella tituli Visitationis BMV., quae pro eodem festo magno hominum concursu frequentatur. Non est consecrata haec capella. Habet tria altaria murata non consecrata et portatile unum. Dotem nullam habet. In qua per plebanum missae celebrantur; praecipue autem ratione census sex talerum superscripti tenetur ibi plebanus singulis mensibus duas missas de festo Visitationis BMV. et singulis quatuor anni temporibus unam missam pro defunctis legere. Nullos etiam apparatus habet capella praeter suam signantem campanam.

Decretum reformationis pro eadem parochiali

Vasculo, in quo est venerabile Sacramentum, ex filo serico ligatura addatur. Purificatoria saepe laventur. Stola ad bursam communionis infirmorum apponatur, ipsaque bursa pelliceo serico tegatur. Patenula ad abluendas in missa manus stannea habeatur. Canon missae et chrimale novum ematur. Olea sacra non ex vicinis ecclesiis sed ex ipsa cathedrali petantur, statimque pro illis in novum chrimale accipiendis mittetur cursor, cui ex pecunia ecclesiae salarium solvatur. Vetera olea crementur novis allatis nec in postremum vicinis ecclesiis dentur, nec illis oleum non consecratum addatur. Vela nigri, violacei et viridis coloris emantur. Similiter et velum pro feretro mortuorum ex pecunia ecclesiae de muchaiero nigro comparetur, trophonarium quoque ex eadem pecunia ematur. Ratio fit a victricis de collectis ecclesiae pro festo s. Martini. Foramen in altari maiori lateribus et caemento claudatur, sussesive cassula viridis comparetur. Doctrinam de extremae unctionis usu et fructu aliisque sacramentis parochus saepe populo replicet et commendet. Symbolum fidei dominicis ultra Pater Noster et Ave Maria cum parochianis semper recitet. Datum in Bogucice die 3 iulii 1619.

Oppidum Mysłowice in dominio Pszczynensi, iurispatronatus haeredum oppidi.

Ecclesia parochialis murata tituli Nativitatis BMV. fuit consecrata, sed post conflagrationem, per quam etiam inconstatio parietum decidit; vide tur indigere novam consecrationem et ex indulto in ea sacra celebrantur. Coemiterium non est adhuc septum. Tectum ecclesiae novum. Campanile construitur. Pendentes tamen in trabibus ad latus templi campanae duae, tertia signans in ecclesia. Lacunar in ecclesia adhuc non est. Fenestrae non omnes adhuc paratae. Habetur etiam instrumentum musicum fictum. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, in quo pixide argenteo venerabile Sacramentum repertum est recens, quod in quindena renovatur. Est etiam alia pixis argentea deaurata pro asservatione venerabilis Sacramenti! Habetur etiam bursa pro communione infirmis deferenda instar scatulae. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum sacris oleis ex cathedrali acceptis, Fons baptisterii est lapideus novus cum pelvi et aqua munda, clausus. Metrica baptisatorum in libro ligato scribitur et contrahentium matrimonia. Altaria sunt quatuor, ex his maius muratum non consecratum. Habentur duo portatilia nova. Reliqua altana non sunt consecrata. Est etiam in capella portatile unum certum.

146v.

Item visa est suppellex altaris. Corporalia duodecem, bursae sex, vela omnium colorum in abundantia. Lagena pro vino stannea, ferramenta pro panibus bona. Ampullarum stannearum paria duo, turribulum cupreum unum, calices argentei tres deaurati, monstrantia argentea in pede cupreo, cruces duae argenteae, ex his una in pede fracta, turribulum argenteum, par ampullarum argentearum, poculum argenteum deauratum pro ablutione communicantibus danda. Est etiam corona parva argentea deaurata ex imagine BMV., quae igne absumpta est. Item visae sunt casulae coloris albi duae, una ex teleta florissata, altera ex adamasco, coloris rubei quatuor, una ex panno aureo, altera ex camcha et duae ex adamasco, item tertia coloris albi ex adamasco, est una vetus ex panno aureo coloris flavi et rubei. Item una ex serico duplo coloris flavi et rubei, item una coloris viridis ex cannavaca, item una coloris violacei ex muchaiero, item una coloris nigri ex serico villosa. Item pluvialia habentur duo, ex adamasco coloris rubei, alterum ex muchaiero villosa coloris nigri. Item antependia unum ex adamasco coloris albi, aliud ex tela argentea cum lineis, tertium ex cannavaca viridi et serico rubeo per partes, item unum ex reticulis lineis et aliquot vetera. Item albae habentur novem, superpilicia duo, mappae altarium triginta quinque. Item habetur velum super feretrum mortuorum ex adamasco coloris viridis et ex serico villosa coloris nigri. Item libri ecclesiae sunt missalia romana quatuor, liber agendorum, graduale, antiphonarium et psalterium. Habet ecclesia pro fabrica vaccas sex, a quibus per grossos duodecem annuatim solvitur. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae expendantur, de quibus ratio fit semel in anno.

147r.

Huius ecclesiae est plebanus Joannes Goleniovius, presbyter institutus, qui pro sua provisione habet imprimis agros ad duos laneos aestimatos, qui incipiendo a ilumine Przymysza tendunt per totum fundum Myslovicemsem ab una parte habentes agros Clementis Dulik et ab altera viam, qua pecora pelluntur, Skotnica dictam, et protenduntur transeundo mericam alias przez Dąbrowę usque ad pratum et piscinas plebanales sub silvam Myslovicemsem. Item habet decimas manipulares primam ex agris praedialibus in Mysłowice, ex duobus molendinis, ex agris civium et inquilinorum circa locos appellatos Palina et Kunaczyszka habet decimam manipulearem, quam decimat. Item ex agris civilibus habet decimam manipulearem, quam tamen a singulis civibus agros habentibus a quolibet quanto agri redimitur quatuor grossis. Item habet decimam manipulearem ex agris praedialibus et cmethonalibus et omnium incolarum nemini excipiendo, quam decimat. Item in villa Rozdzien a duobus hortulanis, qui tenent agros in fundo Szopinicensi, habet decimam, quam decimat. Item ex agris ferricudinae, dictae Rozdzienska Kuźnica ex praedio

ferricudinoris et duorum cmethonum ipsius necnon omnium inquilinorum habet decimam, quam decimat exceptis duobus laneis, ex quibus decimat plebanus in Czeladz. Item habet decimam ex certis agris cmethonalibus villae Brzęckowice, quam decimat, et ibidem ex agris scultetialibus et subditorum sculteti, quam decimat. Item ex agris praedialibus et scultetialibus necnon hortulanorum villae Woikowice Komorne dictae habet decimam manipularem et ibidem a tabernatore et molitore, quam aliquando decimat, reliquando vendit. Item ex agris praedialibus villae Pieńczyce, quam vendit duodecem florenis. Item ex agris praedialibus et hortulanorum omnium villae Zagorze habet decimam, quam vendit aliquando. Item ex agris praedialibus et hortulanorum villae Siedlce habet decimam manipularem decreto tribunalis regni Lublin feria sexta post festum sanctissimae Trinitatis anno 1617 cum supra dicta decima in Zagorze sibi adiudicatam. Item in eadem villa Siedlce habet tabernam cum agris, ex qua habet censum sex florenorum annuatim. Item habet decimam ex agris praedialibus et tabernae villae Klimuntow, quae pecunia redimitur. Item ex certis agris villae Porąbka habet decimam, quam decimat. Item habet decimam manipularem ex agris praedialibus omnibus et hortulanorum necnon tabernatoris villae Kosmerzow sub parochia ecclesiae in Luboszyce decreto tribunalis regni Lublini feria sexta post festum sanctissimae Trinitatis anno 1617 sibi adiudicatam. Item habet decimam manipularem ex villis Rawałowice et Goszyce trans Cracoviam ex agris utriusque praedii et tabernis et agris hortulanorum, quam vendit. Item ex agris praedialibus et cmethonalibus villae Pogonia, quam decimat. Item ex agris praedialibus et cmethonalibus villae Niwka habet decimam, quam decimat. Item habet duo prata suis agris contigna et tres piscinas. Item habet censum ripale dictum alias Brzeźne a lignis, quae ducuntur per fluvium Przemsza. Item habet liberam piscationem in fluvio Przemsza, in villis Siedlce et Mysłowice, ille solus et non haeredes. Item habet liberam venationem in silvis totius haereditatis Mysłowice. Item habet domum pro sua residentia cum horto. Est etiam domus pro rectore scholae, quem plebanus salariat.

k.147v

Est etiam in eadem ecclesia altare tituli sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum, iurispatronatus haereditis in Mysłowice et plebani, cuius ad praesens est possessor Stanislaus Buchcius presbyter institutus, qui pro dote habet ad tres laneos aestimatus in duobus locis positos. In primo loco incipiunt a domo altaristae et pretenduntur ad piscinas advocati. In altero loco post capellam sanctae Crucis habet duos laneos, incipiunt a via, quae ducit in Rozdzien usque ad locum Zdzieniny dictum, inter laneum praediale ex una parte et ex altera inter laneum civis dicti **Beblo**. Habet et prata duo inter agros praefatos et piscinas duas reformatas et quatuor vero desolatas, quae a haerede possideri ad praesens dicuntur cum molendino uti dos altaristae. Tenetur autem ratione dictae dotis duas missas in septimana legere, unam de sanctis Philippo et Jacobo apostolis et alteram pro defunctis et festis solemnibus vesperis et turificatione interesse. Item perhibuit parochus literas pergameneas cum novem sigillis pendentibus de anno 1614 tl. olim Catharinae Salomonowa, quibus pro capella ecclesiae huius parochialis pro ipsam aedificatam septingentos taleros per grossos triginta sex quemlibet computantem legavit, videlicet quadragintos taleros pro capella, centum taleros pro ecclesia parochiali, centum pro confraternitate s. Annae necnon pro rectore scholae taleros centum, quam summam inscripsit super mille taleros in ferricudina in Bogucice et villis Katowice, Bruniowe sibi servienti. A qua quidem summa quadraginta duos taleros possessores ferricudinae supradictae solvere debent ita, ut viginti taleros census cedant pro capellano dictae capellae, quatuor taleros pro vino et cera ad eandem, sex autem taleros cedant pro usu ecclesiae parochialis et alios sex taleros rectori scholae, confraternitati autem s. Annae tres taleros, sacerdoti confraternitatis alios tres taleros. Ratione cuius census sunt certa onera imposita, scilicet capellano duas missas in sep-

timana legendas. Quae quidem omnia nondum sunt cum effectu sortita nec per loci Ordinarium approbata.

48r. Est etiam in hac ecclesia onfraternitas sanctae Annae cum solitis ipsius indulgentiis per loci Ordinarium admissa. Est etiam in hoc oppido domus hospitalis, quae pro dote habet duos hortos, unum pauperes colunt et alium talero uno locant. Item habet ad viginti sulcos agri, qui pertinebat ad domunculam pro hospitali a virgine Mirówna emptam, quae conflagravit. Item habet alteram domunculam penes scholam, quae quatuor florenis annuis locatur. Item habet censum ex piscatione fluvii Brynica taleri unius in annum et sex vicibus annuatim dantur pisces ad comedendum pauperibus. Sunt ad praesens in hospitali quinque pauperes, quorum curam habet principalem plebanus, secundam duo ex civibus. Item extra oppidum est capella lignea tituli sanctae Crucis, consecrata, altare habens ligneum, nullam habet dotem nec apparatus, in qua aliquoties per annum missa celebratur, allatis ex parochiali necessariis. Ad hanc parochiam pertinent villae ultra oppidum Miśłowice Brzęczkowice, Brzezinka, Niwka, Bor, Porąbka, Klimuntow, Zagorze, Siedlec, Pogonia, Szopienice, Rozdzien, Kuźnica, Wygiełdzow. Insuper relatum est habere parochum columbationis alias strenae a civibus et colonis villarum per grossum unum, ab hortulanis et inquilinis per medientem. Rectori autem scholae tenentur oppidanei clericaturam solvere per grossum unum.

Decretum reformationis pro parochiali in Miśłowice

Bursa nova et lucerna pro communionem infirmis deferenda ematur. Chrisimali clausura addetur et olea sacra vicinis ecclesiis non dentur. Piscinula in pede fontis excavetur. Pro censu quadraginta duorum talerum a domina Salomonowa legatorum approbatio a loci Ordinario ut obtineatur curet parochus, censumque ipsum repetat. Reparationem ecclesiae, quam post conflagrationem facere coepit, non intermittat, quod diligentiae ipsius merito laudandae committatur. Praesens autem decretum in librum ecclesiae prius inscriptum in sacristia affigatur. Datum in Miśłowice die 3 iulii 1619.

Villa Dzieckowice in dominio pszczyński

48v. Ecclesia parochialis lignea tituli Omnium Sanctorum, consecrata, iurispatronatus haeredum in Miśłowice. Coemiterium habet septem. Tectum ecclesiae bonum, in campanili sunt duae campanae, Fenestrae bonae. Ciborium in tabernaculo altaris maioris, in quo venerabile Sacramentum in pixide cuprea et vasculo stanneo repertum est, quod in quindena renovatur. Bursa pro communionem infirmorum neque lucerna habetur. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum in pede cum oleis sacris ex Miśłowice acceptis. Fons baptismalis ligneus cum pelvi et aqua munda, clausus. Metrica utraque in charitis insutis scribitur satis neglecte. Altaria sunt duo lignea, habetur unum portatile certum.

Visa est suppellex altaris. Corporalia duo, bursae duae, vela tria, par ampullarum stannearum, lagena pro vino stannea, ferramentum pro panibus vetus, turribulum cupreum. Item visum est argentum ecclesiae, videlicet calix unus argenteus, monstrantia cuprea parva, pacificale ligneum. Item visae sunt casulae, una ex adamasco coloris viridis, altera ex adamasco coloris albi et ex barchano una picta. Item pluviale unum novum ex camcha rubea. Item antependia duo vetera ex muchaiero, item albae duae, superpilicium unum, mappae altarium novem. Habetur missale unum romanum, liber agendorum, graduale vetus lacerum, psalterio et antiphonario caret. Habet ecclesia vaccas pro fabrica duodecem, a quibus per grossos duodecem solvitur annuatim. Debet huic ecclesiae hortulanus in Dzieckowice dictus Penczek florenos septemdecem a Bartholomaeo Michnikowic, plebano huius loci legatos. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae convertuntur.

Huius ecclesiae est plebanus Nicolaus Radicius, presbyter institutus, qui pro sua provisione habet imprimis quartam partem lanei agri, in qua cmetho sedet

Valentinus Frysz, qui parochus florenos tredecem solvit. Item habet hortulanum habentem agros, qui septem florenos plebano solvit. Descriptionem autem horum agrorum ostendit parochus ex libro visitationum tl. Christophori Casimirski, iuxta quem est in possessione commendae. Item habet decimas manipulares in villa Dzieckowice de agris praedialibus, sculteti et trium emethonum necnon hortulanorum, quas decimat. Item habet grossos mensales a singulis emethonibus per duo grossos. Item dicitur habuisse locum dictum Księżę Jezioro, quod ab haerede a multis annis occupatum est. Non habet domum pro sua residentia, quia ante tres annos ab Andrea Senecio, priori plebano, habente ad praesens plebanatum in Droginia, incendio consumpta fuit propter culpam textoris, cui conduxerat habitationem in domo sua. Est quoque domuncula pro rectore scholae cum horto et clericatura a emethonibus per grossum unum, ab hortulanis per medietatem. Ad parochiam pertinet unica villa Dzieckowice habens quindecim emethones.

Decretum reformationis

Sacculi pro venerabili Sacramento laventur et respondentem vascula habeantur. Olea sacra non ex vicinis ecclesiis sed ex ipsa cathedrali quotannis accipiantur neque illis simplex oleum olivae emisceatur. Metrica matrimoniorum intermissa scribatur. De domo plebanali combusta diligenter se informet parochus et ut damnum revinciatur ab eo, qui illius occasionem dedit, iuris remediis curet. Debitum ecclesiae florenos septemdecem a Bartholomaeo Michnikowic, plebano ecclesiae, legatos a Penczek hortulano repetat, pro illisque materiam ad domum plebanalem aedificandam emat parochus cum consilio plebani in Mysłowice. Datum in Dzieckowice die 4 iulii 1619.

k.149r.

DECENATUS PSZCZINENSIS

k.149v.

Villa Lendzini

4 iulii 1619.

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Clementis, consecrata, iurispatronatus baronis in Pszczyna. Coemiterium habet septem, tectum ecclesiae bonum. In campanili duae sunt campanae, tertia signans in ecclesia. Lacunar et ecclesia intus tota depicta, fenestrae integrae. Ciborium est in tabernaculo altaris maioris, in quo in vasculo stanneo venerabile Sacramentum repertum est, quod in quindena renovari dicitur. Habetur bursa pro communione infirmorum cum lucerna. Chrismale est stanneum cum sacris oleis ex cathedrali acceptis. Fons baptismalis ligneus cum pelvi et aqua inunda, qui clauditur. Metrica utraque inordinate scribitur, et a duobus annis non scribitur. Altaria sunt duo in aula murata, non consecrata. Habentur duo portatilia certa. Altare maius propendet versus occidentem.

Visa est suppellex altaris. Corporalia duo, bursa nulla, vela tria, lagenae pro vino stanneae, ferramenta pro panibus, par ampullarum stannearum, turribulum cupreum. Visum est argentum ecclesiae. Calices duo argentei, crux parva argentea in pede stannea, par ampullarum argentearum. Monstrantia cuprea. Item visae sunt casulae. Una ex camcha albi et latericii coloris, altera ex materia flandrica rubea et alba, tertia ex tela argentea cum lineis, quarta ex tabino coloris nigri. Item pluviale unum novum ex chatlaselo coloris violacei. Item antependia quinque, unum ex muchaiero coloris viridis, duo ex pellibus deauratis et duo vetera. Item albae habentur quatuor, superpilicium unum, mappae altarium ultra tredecem. Habetur et velum ex tela nigra super feretrum mortuorum. Libri ecclesiastici sunt missalia romana duo, liber agendorum, graduale et antiphonarium novum, antiphonario caret (!), cuius loco habetur breviarium. Habet ecclesia vaccas duas, a quibus sex grossi annuatim solvuntur. Item habet ecclesia in debitis florenos trecentos et decem et grossos viginti quinque, prout in charta per vicarium Andream Purchacki specificata et per Victorinum Firlicki subscripta apparet. Quae etiam omnia debita dicuntur

esse descripta in libro, quem coloni in scrinio suo asservant. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae convertuntur.

150r.

Huius ecclesiae plebanus Joannes Frydrichowski, canonicus cracoviensis, de anno Domini 1617 ad ecclesiam hanc ex institutione introductus, qui pro sua dote habet agros circumcirca ecclesiam sitos in tribus campis distinctos et in quolibet campo ultra centum sulcos latitudinis habentes, in quibus quinquaginta cassulae siliginis possunt excussere, sed ex dictis agris duobus hortulanis particulari certas et prata assignavit. Item habet pratum inter eosdem agros et duos hortulanos et duas piscinas desolatas. Item habet decimas manipulares, primam ex villa Łędziny ex agris emethonalibus, quae decimatur, necnon ibidem ex praedio, quae viginti quinque taleris redimitur. Item ex villa Jemielno ex duobus emethonibus et tribus hortulanis episcopi cracoviensis, quae decimatur. Item ex villa Jaworzno de omnibus emethonibus episcopi eiusdem, scultetis exceptis, habet decimam manipulearem, quae quadraginta florenis aestimatur. Item de villa Ciężkowice ex quinque emethonibus episcopalis decimat. Item de villa Szczakowa habet decimam pecuniariam. Item habet missalia ex villa Jemielno viginti coretos avenae. Item habet domum pro residentia sua discantem ab ecclesia in ipsa villa. Item habet domum pro rectore scholae, qui etiam habet agrum adjacentem ex una parte agris plebanalibus, quem colit. Item accipit ex villa Sciernie annuatim per duos taleros.

Est etiam in eadem villa capella tituli sanctae Annae, habens unum altare ex lateribus et argilla compactum, quae non habet aliquam dotem neque apparatus. Dicitur esse consecratam, in qua super altari portatili novo missae celebrantur. Ad parochiam pertinent villae Łędziny, Sciernie et aliae villae haeresi infectae, quae baptismum sacramenta hic percipiunt.

Decretum reformationis pro parochiali in Łędziny. Aqua benedicta non extra ecclesiam sed intus cum suo vasculo habeatur. Altare maius in parochiali ecclesia inclinatum ut de novo transponatur admodum canonico plebano suggerat. Metrica utraque in libris duobus ligatis scribatur non per ordinem villarum sed continua serie, quando accident eiusmodi sacramenta conferre. Libri aut duo novi emantur, hanc ob causam compacti, neque differat vicarius id scribere et quod intermisit, quantum meminerit, suppleat. Inventarium rerum ecclesiae in libro ligato scribatur infra mensem. Banna ante matrimonium tribus diebus continuis festivis praemittat vicarius, idemque commendam seu approbationem ad audiendas confessiones in scriptis habeat. Symbolum fidei et decalogus cum parochianis singulis diebus dominicis ultra Pater Noster et Ave recitare teneatur. Monetur autem, ut tonsuram seu coronam sacerdotalem semper deferat, sciatque excommunicationem incurrere pro facto sacerdotem, qui earn non defert, Vicinis ad confessionem et alia sacramenta venientibus ad hanc ecclesiam, praesertim illis, qui intra haereticos manent, cum omni charitate eiusmodi sacramenta administret. Datum in Łędziny die 4 Iulii 1619 a. In monstrantia sedem sanctissimi Sacramenti seu Melchisedech ample deturpatum tl. Parocho mittat, qui pro sua pietate sine dubio remittet mundum et auratum. Praesens autem decretum tabellae imponatur et in sacristia teneatur.

150v.

Villa Chełm

Capella instar parochialis ecclesiae aedificata, consecrata de anno 1551, tituli sanctissimae Trinitatis, iurispatronatus episcopi cracoviensis, villae haeredis, coemiterium septum, tectum mediocriter bonum, in campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Fenestrae bonae, lacunar simplex. Ciborium est in columna clausum, venerabile Sacramentum in vasculo argenteo pixinis cupreae impositum repertum est, quod quatuordecima die renovatur. Habetur pera ex camellato cum medietate stolae lacerae pro communionem infirmorum necnon lucerna cum vexillo. Caereus ante ciborium ardet. Christum est stanneum cum oleis sacris ex Łędziny acceptis. Fons baptisterii la-

ptideus ligneus cum pelvi ac aqua munda, bene clausus. Metrica utraque in chartis insutis scribitur. Altaria sunt tria murata, ex his maius, prout inscriptio supra portam sacristiae testatur, consecratum. Tabulam habet in parte fractam, superque in portatili missa celebratur. Est et altare parvum prope ciborium, super quo portatile certum inventum est. Corporalia quatuor, bursa una, vela quinque, doliolum ligneum pro vino, ferramenta pro panibus, par ampullarum stannearum, turribulum cupreum. Item visum est argentum ecclesiae, calices argentei duo, crux una argentea, monstrantia cuprea parva. Item ostensae sunt casulae coloris albi una ex serico plano, altera ex materia flandrica coloris albi, tertia ex camellato coloris violacei, quarta eiusdem coloris ex serico duplo lacera, quinta ex muchaiero coloris nigri. Item pluviale unum ex barchano rubeo et albo. Antependium unum ex serico plano coloris albi novum, alterum ex pellibus inauratis, tertium ex serico cum lineis et duo ex tela picta. Item albae sunt tres, superpilicium unum, mappae altarum decem octo. Est etiam velum pro feretro mortuorum ex muchaiero nigro. Libri ecclesiae sunt missale romanum, liber agendorum, graduale, antiphonarium et psalterium impressa nova. Habet haec ecclesia vaccas duas, a quibus per grossos duodecem annuatim solvitur.

Haec ecclesia caret plebano, commendata est ab t̄l. ep̄scopo Blasio Wolbromensi. Habet autem commendarius ex agris viginti et unius cmethonum particulas, videlicet sex, septem vel octo sulcos in fine cuiuslibet agri, quos pro commendarlo colunt ipsi coloni, ille autem semina dat. Item loco missalium quilibet colonus solvit commendarlo quindecim grossos singulis quatuor anni temporibus. Item habet tria prata, unum in Ługi, alterum prope cauponam ante pontem, tertium prope ecclesiam. Item habet domum, in qua manet, cum horto. Est quoque domus pro rectore scholae, qui habet ab inquilinis per unum grossum bohemicum singulis quatuor anni temporibus. Ad hanc parochiam pertinet villa Chełm, dubium an et Jemielno pertineat. Habet quoque haec ecclesia pro fabrica sua unam piscinam noviter ab annis aliquot reformatam, ex qua praeteritis duobus annis per florenos quinquaginta victrici ecclesiae receperunt. Sunt quoque complura huius ecclesiae debita, quae centum et quinquaginta florenorum summam excedunt, in speciali registro debitorum ecclesiae per victricos ostenso et a t̄l. Visitatore subscripto specificata.

k.151

Decretum reformationis pro eadem

Sacculus pro venerabili Sacramento vasculo respondens paretur, panis melior pinsetur, stola ad bursam communionis infirmorum nova apponatur. Olea sacra non ex vicina ecclesia sed ex cathedrali petantur, nec vicinis dentur, neque illis oleum non consecratum misceatur. In conclone diebus dominicis ultra orationem dominicam, salutionem angelicam et decalogum symbolum quoque fidei cum parochianis recitetur. Feminae, quae sine viris manent, moneantur, ut de eis diligenter inquirant et si de illis resciverint, ubi sint, ad eos redeant. Doctrina de extremae unctionis sacramento eiusque fructibus parochianis commendarius explicet et commendet. Crux ferrea in summitate ecclesiae inclinata elevetur. Victrici quotannis rationem faciant in praesentia commendarli et communitati s pro festo s. Martini et liber unus compactus ematur, in quo ordinate scribantur percepta et exposita quotannis. Datum in Chełm die 4 iulii 1619.

Villa Bojszowi

Ecclesia parochialis lignea tituli sancti Joannis Baptistae, consecrata, iurispatronatus dominorum Bojszowskich. Coemiterium habet septem, tectum bonum, in campanili sunt tres campanae, quarta signans in ecclesia. Ciborium est in tumba altaris maioris, ubi in pixide stannea et vasculo sericeo venerabile Sacramentum recens ostensum est, quod in quindena renovatur. Habetur etiam pera ex corio pro deferendo venerabili sacramento, lucerna sine vexilla. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum cum paucis oleis ex

lv. vicina parochiali in Chełm acceptis et oleo non consecrato permixtis. Fons baptismalis ligneus cum pelvi et aqua munda. Metrica utraque in libro ligato scribitur. Altaria sunt tria murata, ante annos duodecem consecrata.

Item visa est suppellex altaris. Corporalia quatuor, bursae tres, vela quatuor, lagena stannea pro vino, ferramenta pro panibus. Item ostensum est argentum ecclesiae. Calices argentei duo, crux una argentea, monstrantia cuprea. Item casulae quinque. Una ex medio serico plano coloris albi, altera ex adamasco coloris viridis, tertia ex adamasco coloris nigri et duae coloris rubei. Item una coloris albi ex tela argentea cum lineis. Item pluviale unum ex muchaiero coloris flavi, item antependia tria ex barchano coloris rubei et albi, unum ex muchaiero albo, unum ex serico duplo coloris rubei. Albae habentur quatuor, superpilicia quatuor, mappae altarium tredecem. Habetur etiam velum super feretrum mortuorum ex tela nigra. Item ostensi sunt libri ecclesiae, missalia romana duo, liber agendorum, graduale, antiphonarum et psalterium nova impressa. Non habet haec ecclesia vaccas ulla neque proventus aliquos pro fabrica. Collectae scribuntur et in usus ecclesiae convertuntur.

Haec ecclesia caret plebano a multis annis. Est circa illam manualis presbyter ordinatus Sebastianus Krencz, qui literas commendas non habet et sine iurisdictione sacramenta administrat. Ex duobus eiusdem villae haeredibus Sigismundus pius catholicus vellet plebanum praesentare, alter Georgius, mortuus haereticus blasphemus dissentit et vult prophanare ecclesiam. Habet autem ecclesia dotem suam ad acta castrensia Pszczynensia inscriptam de anno 1597, feria secunda post octavam Corporis Christi, in quo expressam esse clausulam, quod si haeres villae haereticus fuerit, iuspatronatus ad catholicum proximiorum in linea paterna devoluetur. Habet autem ecclesia ex eadem fundatione imprimis agrum dictum Za Fabianowym Stawkiem et hortum. Item a singulis colonis villae metretam siliginis et metretam avenae, ab hortulanis autem unum wiertelum siliginis et alterum avenae. Item ab artificibus domuncula habentibus per grossos sex, ab inquilinis vero per grossos tres. Item ex eadem fundatione inscriptus est census triginta talerorum per grossos triginta sex in villa Bojszowy ab haeredibus plebano solvendus. Item tenentur molendinatores per grossos duodecem plebano solvere pro festo s. Martini, plebanus autem sex taleros rectori scholae, siliginis octo wiertelos et octo avenae ex eadem fundatione dare tenentur. Habet quoque plebanus domum pro residentia cum orto et aliam pro rectore scholae. Ad parochiam pertinet unica villa Bojszowy.

Decretum reformationis

lv. Fons baptismalis versus altare maius propius collocetur ad imaginem Crucifixi. Olea sacra non ex vicina ecclesia sed ex ipsa cathedrali quotannis accipiantur, nec vicinis ecclesiis dentur necne illis oleum non consecratum miscetur. Velum nigri coloris ematur. Nota consecrationis ecclesiae indicetur. Curet autem presbyter Sebastianus ecclesiae commendam obtinere, sine qua nulliter sacramenta administrat. Patroni autem moneantur, ut quamprimum praesentent plebanum, pastorem, qui omnium christianorum curam gerat. Fundatio ecclesiae, quae castrum Pszczynensium actis inserta est in anno 1597, in librum ecclesiae memoriae causa inscribatur unaque cum originali in ecclesia teneatur. Praesens quoque decretum in eundem librum redigatur. Datum in Bojszowy 5 iulii 1619.

Villa Cwiklice

Ecclesia parochialis lignea tituli sancti Martini confessoris, consecrata, iuspatronatus dominorum Kosztowskich, haeredum villae. Coemiterium habet septum, tectum ecclesiae reparatione indiget. In campanili sunt duae campanae, tertia signans in ecclesia. Laçunar ecclesiae pictum, fenestrae integrae. Ciborium est in tabernaculo ligneo ad cornu Evangelii altaris maioris, in quo pixis cuprea cum vasculo serico venerabile Sacramentum continente visum

est. Habetur et bursa ex corio cum stola valde mala. Caereus ante ciborium ardet. Chrismale est stanneum, fractum, cum paucis oleis ex Cieszyn acceptis. Fons baptisterii ligneus cum pelvi et aqua munda, clausus. Metrica utraque non scribitur. Altaria sunt duo murata, non consecrata, prout tabulae testantur.

Visa est suppellex ecclesiae. Corporalia duo, bursa nulla, velum unicum, lagena pro vino stannea, ferramenta pro panibus, par ampullarum, una stannea, altera ex argilla. Item visum est argentum ecclesiae. Calices argentei duo, ex his unus deauratus, crux una argentea, monstrantia cuprea. Casulae sunt quatuor. Una ex adamasco viridi, altera ex adamasco nigro, duae coloris rubei veteres, pluviale nullum, antependium unum ex camcha viridi et flavo, aliud vetus. Habet missale unum romanum et libris agendorum, gradualis, similiter antiphonario et psalterio caret. Albas habet quinque, superpilicia duo, mappae altarium undecem. Non habet haec ecclesia vaccas pro fabrica, debita sunt compluria in registro ecclesiae specificata, quod in sacristia per victricos asservatur. Rationem faciunt per aliquos annos. Collectae scribuntur.

Haec ecclesia caret plebano a multis annis. Administratur autem per Albertum Wantorski, literas formatas presbyterii ad praesens non habentem¹¹. Dixit se ordinatum esse a cardinale Radziwille ab annis viginti octo pro festo Pacchatis vel pro Sabatho sitientes. Habet haec ecclesia dotem in superioribus visitationibus descriptam. Ad praesens autem iste sacerdos seminat quinque stadia agri. Item habet missalia ex villa Cwiklice a colonis inaequaliter, quae omnia ascendunt ad quinque maldratas, una autem maldrata habet duodecem wiertelos idque siliginis et avenae. Item sunt quatuor piscinae desolatae. Item habet domum pro residentia et aliam pro rectore scholae, cui communitas salarium solvit. Literas commendas sacerdos non habet. Ad parochiam pertinet villa Cwiklice una cum Rutlowice. Reformatio huius ecclesiae ad executionem visitationis differtur.

k.152

Bierun — Oppidum

Ecclesia prophanata in dominio Pszczynensi, ubi est minister haereticus.

Miedźwna

Ecclesia prophanata tituli sancti Clementis in dominio Pszczynensi, ubi est minister pseudoevangelicus.

Villa Gora

Ecclesia prophanata in dominio Pszczynensi, ubi antea erant ministri haereticorum, nunc vero Ariani esse dicuntur.

Oppidum Pszczina

Ecclesia prophanata una cum capella extra oppidum. Est ibi vidua relicta liberi baronis in Pszczyna, quae fovet tres ministros haereticos.

Villa Antiqua

Ecclesia parochialis tituli sanctae Hedwigis sub oppido Pszczyna, in qua praedicti haeretici ritu suo sacra faciunt.

Villa Brzeście

Ecclesia parochialis tituli sancti Spiritus in dominio Pszczynensi prophanata, in qua est haereticus confessionis Augustani.

Villa Susiec

Haec ecclesia tituli sancti Jacobi ibidem prophanata est per dominos in Pszczyna, ubi etiam est minister haereticus.

¹¹ Dalsze szczegóły o ówczesnych losach Cwiklic patrz: *Księga protokołów konwentów pastorskich ziemi pszczyńskiej (1588—1628)*, oprac. ks. dr J. Bańka, Katowice 1938, 19 itd.

3r. *Oppidum Mikołów*

Ecclesia parochialis murata titilli sancti Adalbert, prophanata in dominio Pszczynensi, circa quam est minister haereticus, filius ministri Pszczynensis.

Villa Mokra

Ecclesia parochialis murata tituli sancti Laurentii in dominio Pszczynensi, cuius haeres est dominus Lheiber. Dicitur autem minister ex Mikołów alternis dominicis ad eandem ecclesiam venire.

Villa Woszczice

Ecclesia parochialis lignea tituli Omnium Sanctorum. Dicitur ibi esse sacerdos catholicus Martinus, qui sub utraque specie communionem distribuit, idque in dominio Pszczynensi.

Villa Łąka

Haec ecclesia parochialis in dominio Pszczynensi ministrum habet evangelicum.

Villa Studzienka

Ibidem ecclesia prophanata tituli Assumptionis BMV. in dominio Pszczynensi, quam administrat minister haereticus.

Villa Wisła Niemiecka

Ibidem ecclesia parochialis tituli Nativitatis BMV., prophanata, regitur a ministro haeretico in dominio Pszczynensi.

Villa Goczałkowice

In eodem dominio ecclesia parochialis lignea tituli sancti Georgii, ministrum habet haereticum.

Villa Tichi

Eiusdem ditionis Pszczynensis ecclesia parochialis tituli sanctae Mariae Magdalenae et regitur a ministro haeretico.

Oppidum Strumień

Ecclesia parochialis a duce Tessinensi nuper mortuo ecclesiasticae unitati restituta fuit, posteaquam vero hoc anno motus Bohemici excusserunt, sacerdos catholicus inde pulsus est.

53v. *Villa Poręmba*

Ecclesia parochialis¹² circa Mikulow in dominio Pszczynensi, prophanata, ministrum habet haereticum.

Conclusa est visitatio huius ultimi decanatus Pszczynensis die 6 iulii anni 1619. Joannes Foxius, archidiaconus cracoviensis mp. Protonotarius apostolicus mp. Ecclesiae prophanatae in Silesia extra Regnum, dioecesis Cracoviensis, de quibus vide supra tomo 3 huius exterioris visitationis nr. 125 et sequentes:

In decanatu Bythomiensi: In Bythom ecclesia parochialis conventualis ordinis Praemonstratensis. In villa Bielczowice, Zeglin, Kochlowice, Paniowy, Biskupice, Mikulczyce, Miechowice, Repthy, Tarnowice, Gory Tarnowskie, Radzionkow, Piekary.

In decanatu et dominio Plscinensi prophanatae: In oppido Piscina, in Villa Antiqua, in oppido Bierun, Miedźwna, Gora, Brzeście, Goczałkowice, Niemiecka Wisła, Tychy, Suszyc, Mikołów, Mokra, Woszczyc, Łąka, Studzienka, Strumień oppidum, Poręmba.

¹² Jest to jedyna i prawdopodobnie mylna wzmianka, iż w Porębie był kiedyś kościół parafialny. Sama miejscowość wspomniana jest po raz pierwszy dopiero w dokumencie sprzedaży księstwa pszczyńskiego w r. 1517.